militer ɔuertũt.⁊ accepta do faciũt supradicte forme de
riuatões.vt intercapio pis.intercapedo.torpeo torpes
torpedo I.similit̃ ante do.habẽtia extremas sillabas se
cunde vel tercie psone in i.longã ɔuertũt ⁊ accipiũt do.
vt cupio pis cupido.libet libido.excipit̃ formido dinis.
a formido das.qd iõ facit v̄bale nomẽ simile p̄mitiuo
verbo.q: ip̄a positõ verbi talẽ habuit formã

De desinẽtibus in tudo

N tudo uero desinentia.si a

nominibus veniũt secũde declinatõis.nõ a p̄ticipijs vel
p̄ticipialibus gtõ singulari.tercie vͦ dtõ assumũt tudo
i.antepenul.corr.vt ampl⁹ pli.amplitudo.firmus firmi
firmitudo.sol⁹ soli solitudo.suauis ui. suauitudo. He/
bes aũt cã euphonie facit hebetudo.vel hebitudo per i.
s̄m quosdã.Si aũt a p̄ticipijs vel a p̄ticipialib⁹ in tus.
desinẽtibus deriuãtur.abiecta s.assumũt do.vt habit⁹
ti.habitudo A testa q̃z siue testu testudo qd est corpale
Et scias q̄ non solũ deriuatiua sed omnia in do.desinẽ
tia.q̃uis nõ sint deriuatia penul. u.habẽtia p̄ducũt eã
natura vel positõe.vt hyrudo hyrũdo arundo

De desinētibus in .u.

N u. denomīatiua pauca īue-
nio. vt specus specu pecꝰ pecu testus testu tonitrꝰ toni-
tru cornus cornu. Nec interest aliquid inter ꝑmitiuo-
rum ⁊ deriuatiuorum significatōem Ideoqꝫ dubiū est an
sint deriuatiā dicēda   De desinētibus in il.

N il. uel ī ul desinentia siue a
nominibꝰ siue a vbis deriuata sint fiūt abiectōne extre
marum vocaliū siue sillabarum ꝑmitiui. vt pugillꝰ pugil vi-
gilo vigil consulo ꝯsul exulo exul ꝑsulo ꝑsul

De desinētibus ī ur.

N vr. desinētia a vbis inuenio fieri abiectōe. o. vt mur
muro murmur auguro augur saturo satur. hoc tamē
facit ⁊ femininū satura. ⁊ neutrum saturum

De desinētibus in alis.

N alis. desinentia uel ale. Si
sint a nominibꝰ ꝑme declinatōis. assumunt ntīo ꝑmiti
uorum lis. vel le. ⁊ pducūt a. pnl. vt curia curialis. memo-
ria memorialis. pluuia pluuialis. mēsa mēsalis. via vi-
alis. Si secūde tūc extremā i. gti singularis Si tercie is
mutāt in a. longā ⁊ assumūt lis. vt mercurius mercurij
mercurialis. fluuiꝰ fluuij fluuialis. neuter neutri neu
tralis. liber bri. libralis. theatrum tri. theatralis. iudicium
iudicij iudicialis. martiꝰ tij. martialis. fatū ti. fatalis. ge
nitus ti. genitalis. caput tis. capitalis. virgo nis. vgina
lis. cardo dinis. cardinalis. hospes pitis. hospitalis. na
uis nauis naualis. dos tis. dotalis. flos floris floralis
corpꝰ corporis corporalis. celebs celibis celibalis. mors tis
mortalis. iuuenis iuuenalis. Inuenit̄ ⁊ iuuenilis. prin-
ceps cipis. ꝑncipalis. municeps cipis municipalis. cri
nis crinalis. vox cis vocalis. Si a qrte declinatōis no-
minibꝰ deriuant̄ abiecta s. Si a qnte remota es. ex ntō
assumūt alis. vt manus manualis. cēsus cēsualis. spēs
specialis res realis Uerbalia quoqꝫ a ꝑma ꝯiugatōe
inueniūtur in alis. vt a penetro penetralis.

De desinētibus in elis.

N elis. pauca īueniuntur de-
nominatiā. vt fidus di. fidelis. crudꝰ di. crudelis. patru
us trui patruelis. frater tris fratruelis Et nota ꝙ omīa
extremā i. gti in e. pductā mutātia assumpserūt lis. Fra-
ter vo fratris is. in u. cōuersa assumpsit elis.

De desinētibus in aris.

N aris desinentia deriuātur
a nominibꝰ siue vbis quorum extrema sillaba incipit ab
l. vel ab alia ꝯsonāte. vel vocali aliqua pura. fiūt autē a
gtīo nominū siue a positōe verborum sic. Quecūqꝫ litera
siue lrē sequant̄ l. vel aliā ꝯsonantē ex qua extrema inci
piat sillaba gti transeūt in a. longā ⁊ assumūt ris Uel si
a vocali incipiat ipa extrema mutat̄ in a. longā ⁊ etiam
assumit ris. vt populꝰ li. popularis. singulus guli. singu
laris. appollo linis. appollinaris. cōsul ꝯsulis ꝯsularis.
miles tis. militaris. scola scole scolaris. peculiū peculij
peculiaris. familia lie. familiaris. molo molis vl' mola
mole molaris Sic etiā neutra ī are finita. vt veluꝫ veli
velare   De desinētibus in ensis

N ensis. desinentia si sint a
nominibꝰ ꝑme vel secūde declinatōis mutāt extremam
ptem ntī singularis vel pluralis in en. assumunt sis. vt
olbia olbiēsis. sardinia sardiniēsis. hyspania hyspanie
sis. vtica vticēsis. castrum castrēsis. forum forensis. yliū ylien
sis. ostia ciuitas est ostiēsis. ianua ianuensis. cremona
cremonensis. Athene vo atheniēsis euphonie cā i. ha-
bet in antepnl. ⁊ chalice chaliciēsis. Si vo tercie sint de-
clinatōis abijciūt extremā s. gti ⁊ assumūt ensis. pistor
oris. pistoriēsis. karthago ginis karthaginiēsis.

De desinētibus in bris

N bris. uel stris. uel stis
desiniētia sic formant̄ Que enī duas ꝯsonātes
habēt ante is. vel a ntō fiunt primitiuorum vel a gtō Et a
ntīo quidē deriuata abijciūt extremā lrām ⁊ assumunt
bris. salꝰ salubris. mulier muliebris A gtīo vo mutata
eius extrema pte in e. ⁊ assumpta stis vel stris. ager gri.
agrestis. celū celi celestis. terra terre terrestris.

De desinētibus in tis.

N tis quoqꝫ īueniūtur
denominatiua. sꝫ antiq plata penulē. natura
vel positōe longā habentia. vt samnitis p samnis. sicut
laurentis p laurens. tiburtis p tiburs. teste capro. Sic
qritis p quiris. ⁊ ceritis vel ceretis p ceres. q tamē ntī
nūc in vsu nō sunt Unde virg. in. x. Qui cerete domo q
sunt minionis in aruis. Inuenit̄ tamen ⁊ correpta i. ha
bens pnl. apud eundē vgiliū. Est ingēs gelidū lucꝰ ppe
ceritis amnem   De desinētibus in ius

N ius. desinentia. siue a
nominibus siue a vbis deriuata. fiuant ante
ius. ꝑmitiuorum suorum ꝯsonātes. ex qbus incipiūt vltime
vel pnl. sillabe. Sꝫ tūc penul. cū ⁊ ipa penul. in vocalem
desinit. ⁊ vltima a vocali incipit. vt huius hui huiꝰ. huius
seruilius. agellus agelli agellius. silua siluiꝰ. vgula vgi
lius. mars tis. martius. nūcio nūcius. saucio saucius.
scio scius Unde nescio quoqꝫ nescius facit Exceptis in
cius desinentibus. que formant̄ sic

De desinētibus in cius.

N cius desinentia si sint noīa.
ex qbus deriuant̄ vel pticipia secūde declinatōis. assu-
munt gtīo singulari. si tercie dtō cius i. tamē penult. qꝫ
antepenul. corri. vt aduectꝰ cti. aduecticꝰ. ꝯmēdatꝰ ti.
cōmendaticꝰ. faber bri. fabricꝰ. pigneratus ti. pignera
ticius. tribunus ni. tribunicꝰ. pater tri. patricꝰ. edilis
edili edilicꝰ. gentilis li. gētilicius. Inueniunt̄ tamē que
dam a ꝑme qꝫ declinatōis nominibꝰ eiusdē forme que
habēt a. ante cius. vt gallina gallinacꝰ. sic mēbrana mē
bracius. ⁊ cartina cartinacꝰ format.

De desinētibus in uus

N uus. diuisas tam a nomi
nibus qꝫ a vbis deriuata fm qd in uus. terminatorum re-
gulā mutatōe extremarum literarum vel lrē in uus. solēt fie-
ri. vt pater tri. patruꝰ. annꝰ ni. annuꝰ. ꝑspicio ꝑspicuus
ambigo ambiguus. pigo piguus. ardeo arduus. vaco

vacuus. rigo riguꝰ. Notandū inter hec mēstruus. qd
euphonie causa assumpsit t. et r.

De desinētibus in quus.

N quus quoqꝫ desinentia si
militer fiunt. vt equo equus. obliquo obliquus Sꝫ ma
gis ab his nominibus verba. qꝫ a verbis noīa sunt deri
uata. Longus longinquus. ideo assumpsit n. āte quus
quia aliter euphonie satisfacere non poterat.

De desinētibus in bus vel cus.

N bus. uel cus. desinentia a
verbis b. vel c ante postremā vocalē vel vocales habē-
tibus deriuant̄. mutatōe o. ⁊ si ante eā alia sit vocalis.
eius qꝫ in us. vt probo pbus. turbo turbꝰ. orbo orbꝰ. su-
pbio supbꝰ. parco pcus. luceo lucꝰ. arceo arcꝰ. Inueni-
unt̄ pauca a nominibꝰ vel vbis in vlcus. vt a sus subul
cus. a bos bubulcꝰ. a pecꝰ peculcꝰ. a peto petulcꝰ

De desinētibus in dus.

N dus tres sunt forme. scili
cet. in idus. in bundꝰ. in andꝰ vel endꝰ. In idus fuat cō
sonantē ex q vltima vel penul. ꝑmitiui incipit sillaba. sꝫ
tūc pnl. si nō intercidat ꝯsonās int̄ vltime ⁊ pnl. sillabe
vel sillabarum vocales. ⁊ reliquā eiusdē sillabe vel sillaba-
rum ptē mutat ī i. correptā ⁊ assumit dus. vt herba her
bidus. turba turbidꝰ. vua vuidꝰ. rabies rabidꝰ. timeo
timidus. areo aridꝰ. squaleo squalidꝰ. ferueo feruidus
tabo vel tabi tabidꝰ. inuideo inuidꝰ. frigeo frigidus va
leo validus. candeo candidꝰ. soleo solidꝰ Et hec quidē
in dus supradicte forme nomia demōstrant̄ habere ea
in se ex quibꝰ deriuant̄. vt herbidꝰ q habet herbā. turbi
dus q habet turbā. timidꝰ q habet timorē. rabidꝰ q ha-
bet rabiē. inuidus qui habet inuidiam.

De desinētibus in būdus.

N būdus uero desinentia si
militudinē habere signāt. vt vitabūdus similis vitanti
morbūdus. similis moriēti. furibundꝰ similis furenti.
Et sunt pene omīa eiusmodi forme nomīa vbalia Et si
a vbis ꝑme ꝯiugatōis deriuant̄ a. habēt ante penul. vt
causor causaris causabūdus. vito vitas vitabūdus Si
aūt ab alijs correptā i. vt ludo ludis ludibundus. mori
or moreris moribūdus. Excipit̄ alternitatis causa ru-
bicūdus qd in penul. sillaba p. b. habuit c. ne sit absonū
si rubicūdus dicamꝰ   In andus vel endus.

N andus uel in endꝰ est for-
ma pticipialis. i. q terminationē habꝫ pticipiorum futuri
tpis passiuorum. ⁊ significat dignū esse aliquē eo ꝙ demō-
strat̄. vt laudandꝰ. i. laude dignꝰ. curandꝰ. i. dignꝰ cura
ri. ordinādus dignꝰ ordinari. legēdus dignꝰ legi. loqn-
dus dignus de quo loquant̄ homines.

De desinētibus in ulus

N ulus. desinentium forme si
miles sunt diminutiis. ⁊ veniūt tā a nominibꝰ qꝫ a vbis
vt auus auunculꝰ. annꝰ annicul. pateo patulꝰ. credo
credulꝰ pēdo pēdulus. bibo bibulꝰ. Extremas ptes sil-
labarum finaliū siue extremas sillabas si sint pure in ulus
ꝯuertūt. excepto annicul differēte cā. Nā annulus di
minutiuū est. Et nouacula a nouo nouas deriuat̄

De desinētibus in rus.

N rus denomīatiua siue uer
balia pauca inueniunt̄ q penul. pducūt. honor honorꝰ.
odor odorus. cano canorꝰ sono sonorꝰ. quorum regula in
pmptu est. Nā nomia us. verba vo rus assumunt.

De desinētibus in sus

N sus duplicem habent for
mam. Uel enī pticipialia sunt. i. pticipijs ꝑteriti tpis si-
milia. ⁊ res incorpales significāt. ⁊ sunt qrte declinatio
nis. vt vsus cursus. Aut monosillaba sunt ⁊ secūde de-
clinatōnis. vt lassus cassus fessus. Uel o. pductā habēt
ante sus. ⁊ significāt plenū aliquē esse eius qd significat̄
vt saxosus. plenus saxis. spumosus plenꝰ spumis. vēto
sus plenꝰ ventis. vinosus vino plenꝰ. Fiūt aūt a ꝑmiti-
uis suis hoc mō. mutāt extremā ptē sillabe vel sillabā si
pura est in q terminat̄ gtīs in o. pductā ⁊ assumūt sus.
vt saxū saxi saxosus. curia curie curiosus. herba he. her-
bosus. scelus leris. scelerosus. numerus ri. numerosus.
onus oneris onerosus. pfidia die. pfidiosus Notandū
ꝙ a metu meticulosus fit   De desinētibus in tus.

N tus. si sunt participialia.
aut denomīatiua. vel incorpalia ⁊ fixa sūt ⁊ quarte de-
clinatōnis. ⁊ sunt verbalia. vt motꝰ tumultꝰ sonitꝰ ha-
bitus cultus ꝯsultus tribunatꝰ Uel mobilia ⁊ secunde
declinatōnis sūt ⁊ nō vbalia. vt togatꝰ palliatꝰ tunica-
tus gratꝰ letus mutꝰ Et sciendū ꝙ si a ꝑme declinatōis
nominibꝰ deriuent̄. a. habēt penul. pductā. vt barbatꝰ.
stellatus trabeatꝰ purpuratꝰ Si aūt a secūde vel tercie
declinatōis nominibꝰ veniūt in qbusdā. a. in alijs i. pro
ducūt. vt palliū pallij palliatꝰ. anulus anuli anulatus.
Excipit̄ manuleatꝰ qꝫuis a penul. habeat tamen a qrta
declinatōne deriuat̄. scꝫ manu manulꝰ manuleatꝰ. gra-
tes vel gratie gtus. I. pducūt. vt auitꝰ maritus ceritus
ab auo mare cerere. Excipiunt̄ vetustꝰ ⁊ libertꝰ. in qbꝰ
ntī ꝑmitiuorum tus assumpserūt. A quarte declinatōnis
nominibꝰ deriuata u. pductā habēt ante tus. vt cornu-
tus verutꝰ astutus vsutus   De desinētibꝰ in ctus

N ctꝰ. ptus. xus. participia
lia siue vbalia īueniunt̄. vt amictꝰ acceptꝰ sumptꝰ. aptꝰ
raptus laxus nexus. hec enī omia cū nō significāt tpus
nomina sunt   De desinētibus in stus.

N stus a nominibꝰ uel a uer
bis nascunt̄ extremā ptē ꝯuertentibus in stus. e. vl. u. an
tecedētibus. vt honor honestꝰ. meror mestus. modꝰ mo
destus. scelꝰ scelestus. robur rubustus. ango angustus.
Preterea venus venustꝰ. onus onustus. q quō vetus
vetustus assumpta tus faciūt deriuatiā Et omnia vna
vincunt sillaba primitiua absqꝫ mestus

De desinētibus in ax.

N ax. plerūqꝫ uerbalia inue
niunt̄ ab omni ꝯiugatōe. vt voro vorax. audeo audax.

emo emis emax.pelliceo cis.pellax.sagio gis sagax.

De desinētibus in ex.

N ex. correptam similiter a vbis.vt lateo lates latex.verto tis vertex.vomo vomis vomex.In ex pductā silr.vt rego gis.rex.lego gis lex.

De desinētibus in ix

N ix. femina īueniūtur a masculinis vbalibus siue denomīatiuis in tor. desinētib⁹ deriuata.q̄ mutāt or.in rix.vt victor victrix. Nutritor q̄z nutritrix debuit facere.qđ euphonie cā siue alternitatis mediā sillabā concidit.nutrix enī dicimus.

De desinētibus in ox.

N ox vbalia vel denomīatiua inueniunť.vt voco vox velū velox

De desinētibus in ux.

N ux.luceo lux.duco dux.in nx.ꝛ in rx.ꝯiungo ꝯiunx. arceo arx.

N duas ꝯsonātes inueniuntur pticipialia.vt sapiens amās cū sint sine tpe Multa alia q̄ ptinēt ad denomiatiua ꝛ vbalia supra posui in secūda pte vbi posui regulas de pnl'.sillabe accētu.Hec dicta ď spēb⁹ nominū sufficiāt.

De genere nominū.

Unc de genere uideamus. Circa aūt gen⁹ pmo querit.a qbus causis genera nominū imponāť.Ad hoc intelligendū nota.q gen⁹ dr a genos qđ ē natura.nullum aūt accidens magis respicit naturam q̄z genus. Nam q̄ndoq̄z habeť respectus ad sexum. vt hic vir.hec mulier.hic petr⁹.hec maria.hic ꝛ hec homo. Quādoq̄z ad imitationē sexus. vt hic ignis.hic aer.hec aqua.hec terra. Nā supiora elemēta sūt q̄si mares. ꝛ inferiora quasi femine.quoniā illa agūt ī inferiora. ꝛ hec patiunť ab illis. Propť hāc imitationē nomīa arborū sunt fe.ge.q2 naturā matris in suis fetib⁹ imitanť.vt pirus ꝛ vlm⁹.Hec enī est q̄si obstetrix puerperarū hachi. Unde oleaster fuit mas.ge.q2 nō ꝯcipit cū sit ꝓpriū sue gētis ꝯcipe.i.oliuarū.Cū aūt sit ſmo de lignis.iā nō possunt ꝯcipe. Unde magis sūt neutri ge.vt cerusum.prunum.buxū.Hāc imitationē habes etiā in nominibus fluuiorū.q2 sunt mas.ge.eo q fortit ꝛ cū impetu ruunt. Et in hoc quandā naturā maritatis gerūt. Sz crustumiū fuit neutri ge.ꝓpter qualitatē vocis.maxime cū significaret rē insexatā. Similit lapis petra.saxuz aliqđ naturale in suis generib⁹ repsentāt. nā lapis q̄si ledēs pedē dr.ꝛ in hoc imitať marē qui est fortior q̄z femina ī ledēdo. ꝛ iō fuit mas.ge. Petra aūt dr quasi pedib⁹ trita.ꝛ sic ostēdiť pati.ꝛ ob hoc est fe.ge. Saxū dictuz fuit a saciēdo.i.firmādo.q2 ꝓpter magnitudinē suā est firmū ita q nō mouet. Et in hoc differt a masculino et feminino sexu.ꝛ sic est neutri ge.ꝓprie Propť hāc eandē similitudinē sunt multa nomīa fe.ge.vt vtus q̄litas. et his similia.q2 fecunditatē quandā habēt ratōe spērū q̄s in se ꝯtinēt. Salus aūt ꝓpter delectationē fuit vt femina. Morb⁹ aūt ꝓpter lesionē. vt mas.ꝛ ita pōt sagacitē de similib⁹ iudicari Ea vō q̄ nō ptinēt ad rē sexatā nec vt sexata sunt ge.neutri. vt hoc scamnū. Animal ergo. q2 dr nō tantū de sexatis.sz etiā insexatis. q2 multe sunt spēs animaliū q̄ carēt sexu.eo q nascunť de putrefactōe vel ꝯfricatōe.iō fuit neu.ge. Sal similiť debz esse neutri generis q̄ntū ad rē.sz repugnat q̄litas vocis neutrorū desinentiū in al.q2 neutra desinētia in al.ꝓducūt penul.gtī.ꝛ termīat ablatiuū in i.quorū neutrū facit hoc nomē sal.imo corr.penul.gtī.ꝛ termīat ablatiuū in e.sicut masculina desinētia in al. Et sic q̄litas vocis tali adiuncta ratōni.cogit hoc nomē sal esse tantū mas.ge. Nō enī q̄litas vocis sufficit nec volūtas alicui⁹.nisi ratio nature vel rei tali generi sit adiuncta. Quādoq̄z dať gen⁹ a cōparatōe accidētis ad substantiā. vt hic ꝛ hec ꝛ hoc felix Ut ergo causas a quibus gen⁹ imponiť breuiť colligamus Dicim⁹ q genus q̄ndoq̄z accidit habito respectu ad vnū sexū p se.vt vir ꝛ mulier. Quādoq̄z ad vtrūq̄z. vt homo Quādoq̄z ad imitationē generis naturalis. vt lapis ꝛ petra. Quandoq̄z ad rē insexatā vt scamnū. Quādoq̄z ad imitationē insexate rei.vt animal. pecus mancipiū ꝛ scortū. Nā scortū ꝯtra rationē nature peccat.ꝛ idō nihil nasciť ab eo.vnde nō fuit fe.ge.sed neutri Quādoq̄z habeť respect⁹ ad qualitatē vocis ratōni tamen adiuncta. vt hic sal. Quādoq̄z ad ꝯpatiōnē accidētis.vt albus alba albū. Epichenum autē ꝛ dubiū diuersas possunt habere causas.

Questio de genere nominū.

Veritur etiam cur nullū nomē q̄nte declinatōis sit mas.ge. pter dies et meridies. sz omīa sūt fe.ge. nisi expes qđ est omis ge.et caret obliq̄s. Ad hoc dico q ideo nomīa q̄nte declinationis sunt magis fe.ge.q̄z mas.q2 q̄litas vocis illius declinatōis quandā naturā femini sexus importat ꝓpter diuisionē quā facit in gtīo ꝛ dtō. q2 gtīs ꝛ dtīs illi⁹ declinatōis desinit in ei diuisas sillabas.ac diuisio feminino sexui ꝯuenit ꝓpter fecunditatē. Expes aūt nō potuit obliq̄s habere.q2 oporterz q ablatiu⁹ su⁹ desinerz in e.ꝛ in i.cū sit omis ge.qđ in ista declinatōe esse nō potuit. Similiť oporterz q ablatiu⁹ desinerz ī e.corr.vt ꝯtingit in omnib⁹ his q̄ sunt omis ge.vt felici vel felice. Sz ablatiu⁹ q̄nte declinatōis nō potest desinere in e.correptā.ergo ꝛc. De dies aūt inferi⁹ dicem⁹.

Questio

Veri etiaz potest de illo verbo qđ p̄s.dicit in principio q̄nti li. Genera nominū p̄ncipaliora sunt duo q̄ sola nouit rō nature masculinū ꝛ femininuz. Genera enī dicunť a generādo ꝓprie q̄ generare possunt.q̄ sunt masculinū ꝛ femininū. Igiť nō nouit epichenuz.ꝛ hoc falsum ē.q2 sine dubio repitur in aliq̄ animali. Itē si nouit illa ergo sola natura ignorat neutrū gen⁹ ergo aliqđ est ignotū nature.qđ tamē est notū homini. Sz ꝓbo q neutrū genus sit notū nature.q2 sicut natura nouit res sexatas.ita etiā ī sexatas. Sz sicut illa duo ptinēt ad res sexatas. ita neutrū ptinz ad res insexatas.ergo sicut ratō nature nouit illa duo.ita nouit ꝛ neutrū.non ergo nouit illa sola Ad hoc dico q p̄s.hic appellauit naturā quandā formā conseruatiuā spēi.scz sexū qđ potest videri ex eo q ip̄e restrixit hoc verbū generare tantū ad masculū ꝛ feminam.q2 hec sola sexū habēt.cū generatō sit omniū rerū in vitate que fiūt ex aliquo p̄cedēti cui ꝯtrarium est creari. quia

creari est ex nihilo aliqđ fieri.vt in animabus cōtingit. Ratō ergo nature.i.sexual' ꝓprietatis.ignorat epichenum.quia licz aliqđ animal habeat vtrūq̄z sexū.vt lep⁹ nō tamē hoc est de rōe nature.imo ē q̄dā irregularitas Et idō diciť natura ignorare hoc gen⁹. Neutrū aūt licz notū sit apud illā naturā q̄ generalit est in rebus creatis ignotū tamē est apud illā q̄ est in rebus sexatis.de q̄ ibi p̄s.hanus intēdit. Itē restringiť natura in legib⁹ ad illā q̄ est in animalib⁹ tantū habētibus vim generādi ꝛ ꝯcipiēdi.vbi dr Ius naturale est qđ natura omīa animalia docuit.i.forma q̄dam naturalit animalib⁹ impressa Hocetiā modo pōt natura restringi supius in vbo p̄s. ad illā q̄ est ī animalib⁹ tantū.ꝛ sic cessat obiectō Et nota q generare potius tractū est a genere q̄z gen⁹ a generando.quia p̄us oporterz gen⁹ esse in animali q̄z ipsuz generet. Sz p̄s.ibi causam voluit p effectū ꝓbare.cū dicit Genus dr a generādo.qđ non intelligiť tanq̄z a sua causa.sz tanq̄z ab effectu. A genere enī ꝓuenit effect⁹ generatōnis. Causatiue aūt ꝛ rōne effectus genus dr a genos quod est natura.ꝛ unde genesis.i.generatō.

De neutro genere.

Irca neutrū genus queritur an sit pura negatō.an aliqđ ponat Si ē pura negatō.igiť nō est dispositō entis. ergo neutrū genus nihil est. Si ergo ponat aliqđ.ergo abstracta negatōe aliqua dispositō relinqueť. q̄ratur ergo q̄ sit illa Solutō.dico q neutrū p̄uat ꝛ ponit. Priuat enī dispositionem masculini ꝛ femini generis.ꝛ ponit dispositionem quandā rei carētis sexu.vel quasi carētis

Questio de neutro genere.

Veri etiam potest.quare neutrū semp eandē formā h̄uat in accusatiuo. quā habz in ntō Ad hoc dico q ntīs designat rē vt agētem.accusatiu⁹ aūt vt patientē.sz masculinū gen⁹ est ab agēte.femininū a patiente. Cū itaq̄z neutrū p̄uat masculinū ꝛ femininū genus.nō debz neutrū de se generare accusatiuū alterius q̄litatis.ne rationem agētis ꝛ patientis generis imitari videať Vocatiuū aūt habz similem ntō.sicut habēt fere omīa noīa.quia ntīs ꝛ vtīs intrāsitiui sunt.

Questio

Vero etiaz.an sit dicendum pro ꝓprio nomīe.hoc ferrū hoc desiderium.vel hic desideri⁹.ꝛ sic de ꝯsimilib⁹ Hāc q̄stionē mouet maister bene.vel bonū querēs.an sit dicendū bonus.an bonū.an bene. Et dicit q est dicēdum hoc bonebonū.sicut hoc omnebonū.hoc glicerū.q2 nomen neutrū est.ꝛ impositū ſm formā neutri generis. ꝛ nō ſm formā aduerbij.velut cū dr. Deus det tibi bonū. vl' deus est summū bonū. Unde sicut aliq̄s vocať omēbonum.ꝛ nō omnebene. Ita ego sum vocādus bene.ꝛ nō bonū.vt maister bene.ita dicit. Tamē est sciēduz q grāmatica quādoq̄z p̄cedit vulgariť.quādoq̄z regulariter Uulgariť quantū ad scripta plebeia. in q̄bus dicēdum vel loquēdū est magis apte.ꝛ tūc iuxta ydeoma pōt dici maister bene. Regulariť tamē p̄cedit ī his q̄ ptīt sciētiā ſm ratiōnē artis. Unde noīa ſm diuersas linguas diuersas vocis q̄litates sortiunť.vt ihesus hebraice. sother grece.saluator latine. Ergo aliter ē loquēdū apud vulgos.aliter apud pitos. Si quē ergo videris vocari ferrū vel ꝯsiliū.vel desideriū.vel argumētum.bene posses dicere.hic ferrū.hic ꝯsiliū.ꝛ hic desideriū.vel hic argumētum.quia q̄litas vocis essentiā rei nō mutat Concedimus tamē q posset dici.hic ferrus.vel hic ꝯsili⁹. hic desiderius.ꝛ ita de ꝯsimilib⁹. Similiť hic bonū est dicēdum.q2 hoc nomē est datū ſm illā formā quā habz hoc adiectiuū bonus bona bonū in neu.ge. quādo ponitur substantiue. Nā quādo poniť ſm respectum masculini dicendum est hic bonus

Nunc de ꝯmuni genere questio

Irca commune genus pōt queri. Utrū ꝯmune genus sit aliqđ i natura. Si enī est aliqđ.ergo aliqđ genus pticipat vtrunq̄z sexū.ergo cū homo sit ꝯmunis ge.istud ꝯmune ꝓuenit ex aliquo genere vtriusq̄z sexus. Et sic aliq̄s esset mas ꝛ femina.qđ est impossibile. Si aūt nihil est in natura. ergo nullū nomē naturalit est ꝯmunis ge.ergo homo vel ciuis nō venit naturalit p mare ꝛ femina qđ falsum est quia similiť accipiť p vtroq̄z sexu.vt omīs ciuis Solutio.dico q nullū genus ē ꝯmune q̄ntū ad naturā.nec aliquis sexus ē ꝯmunis ad masculinū ꝛ femininuz. Et hoc est qđ ait p̄s. Cōmune gen⁹ magis q̄litate vocis dinosciť q̄z natura. Cōmunitas ergo a qua dr gen⁹ ꝯmūe est forma aīe nō nature.sicut affirmatō ꝛ negatō.quoniā anima posuit ꝯmunitatē in genere ꝓpter op⁹ generatōnis.qđ masculus ꝛ femina ꝯmuniť exercēt

Questio de ꝯmuni genere.

Veritur ergo quare non habeamus ꝯmune ex masculino ꝛ neutro.vel ex femino ꝛ neutro. Et videť q possit inueniri. vt vir et mancipiū diligūt se. Mulier ꝛ mancipiū videt se. Dico q talis ꝯmunitas esse nō pōt.q2 vnū est naturale. et alterū innaturale. Itē vnū est p̄uatiuū et alterū positiuū et iō nō faciūt vnū esse. Cum vō dr Uir et mancipiū diligunt se.hoc ꝓnomē se.ibi est neutri ge. q2 neutrū cōcipit masculinū. Et similiť cū dr. Mulier et mancipiū videt se.hoc ꝓnomē se.est ge.neutri.q2 neutrū ꝯcipit femininum Et nota q solū masculinū q̄ndoq̄z gerit naturā ꝯmūis ratōe anthonomasie.i.excellētie.vt ibi. Quicunq̄z vult saluus esse.hoc enī intelligiť ita bene de femina sicut de mare. Similiť. Diliges deū et ꝓximū. Et hoc sepe repiť sz femininū nō habz eandē vim. Unde nūq̄z accipiť pro ꝯmuni

De omni genere

Veritur de omni genere qđ adiectiuorū est.quoniā significat rē ꝯpabilē masculino femino ꝛ neutro. Hec autē adiectiua in tres spēs diuiduť. Nā q̄dam sūt mobilia p tres terminatōnes.et hec tangūt p̄mā et secundā declinatiōnē.et non sunt omīs ge.ꝯiūctim.nisi in dtō et ablatiuo plurali. vt albus alba albū. Quedā tamē mobilia sūt omīs ge.ī genitiuo et dtō singulari q̄ sunt secūdi modi ꝓnominū. vt vnus vna vnū.gtō vni⁹.dtīo vni. Quedā vō adiectiua ꝯiūctim sūt omīs ge.vt felix et prudēs. Quedā in ꝯmūe

et neutꝝ diuidūt. vt hic ⁊ hec fortis. et hoc forte Pauca tamē termināt masculinū in er. femininū in is. neutꝝ in e. vt hic acer. hec acris. hoc acre. Cur aūt fiat talis diuisio patꝫ. quoniā adiectiua ꝯiūctim p̄dicata p diuisionē reddūt. vt vir ⁊ mulier ⁊ mācipiū sunt alba. ergo mulier est alba. ⁊ vir ē albus. ⁊ mancipiū est albū. Altera vō diuisio q̄ ptim est ꝯposita. ⁊ ptim simplex. nō pōt fieri nisi p ꝯmune ⁊ neutꝝ. ⁊ sic est certū q ternari⁹ nō habet ꝯparatonē nisi ad ꝯiuncta simul. vel ad simplicia diuisim. vel ptim ad ꝯposita. ⁊ ptim ad simplicia diuisim Et hec rō est q̄re noīa adiectiua ī tres spēs diuidunt.

Questio de omni genere

Veri etiaz potest. quare nullū nomē desinēs in is. pōt esse oīs ge. ī ntīo casu. vt dicit pſ. Videt enī falsum dicere. qꝛ hoc nomen semis in vno sensu est omīs ge. ⁊ indeclinabile. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc emis. i. dimidi⁹ dia. diū. Dico q pſ. de declinabilibus intellexit. ſ3 hec semis. hui⁹ semissis. i. medietas assis declinabile ē. S3 adhuc obijcit de hoc nomie tricuspis. qꝛ videt habere neutꝝ. cū dicat ouidi⁹ Positoq3 tricuspide telo mulcet aq̄s. Ad hoc dicit pſ. q p figurā recipit neutꝝ. ⁊ sic tricuspis est ꝯmune duū generū tantū Jō aūt nullū nomē desinēs in is. potuit eē omnis generis in ntō. qꝛ vt dicit pſ. in. vj. li. vbi determiat de desinētibus in is. Nullū neutꝝ p se in is. finiri pōt. qd in alijs vocalib⁹ nō ꝯtingit. Nā in as. in es. in os. ī us. repiunt neutra. vt vas vasis. es eris. os ossis. ius iuris Jn is. autē nullū neutꝝ desinit. ⁊ hoc a tenuitate h⁹ vocalis i. credimus prouenire

Questio de omni genere

Vero etiam si hec congrua est. Omnis ciuis ē albus. videt q sic. qꝛ substantiuū ꝯmūis ge. pōt recipe adiectiuū3 in vtroq3 genere. ergo ⁊ hoc nomē ciuis. ⁊ ita ē ꝯgrua. S3 probo q est incōgrua. qꝛ hoc signū omīs cogit hūc terminū ciuis supponere p marib⁹ ⁊ feminis cā sue distributōnis ſ3 hoc adiectiuū albus restringit ipm tantū ad mares. ergo est ibi repugnātia. ⁊ sic ē incōgrua. Dicim⁹ q hoc adiectiuū alb⁹ etiā pōt ibi vagari ad femininū. ⁊ sic nō restringit. Pōt aūt restringere tantū ad mares. p suppositionē hui⁹ termini ciuis. Et ſm hoc quidā iudicāt cā incōgruā ppter repugnantiā officioꝝ. Nos vō congruā. qꝛ nō fit distributō nisi p marib⁹. vnde nulla ē ibi repugnātia. Nā talia sūt subiecta q̄lia p̄dicata pmiserunt esse. vt ait boeti⁹ in li. de trinitate.

Sequit nūc alia q̄stio de omni genere.

Vbitatur etiam de quibusdā nominib⁹. an sint ꝯmūis ge. an omnis. vt diues. paup. hebes. teres. degener. vber. comes. hospes. ⁊ sospes. bipes. q̄drupes. cōpos. ⁊ memor. vident enī esse omīs ge. qꝛ ꝯparatonē habēt ad masculinum ⁊ feminū ⁊ neutꝝ. qd p eoꝝ ꝯstructōem patꝫ. vt diues vir. diues mulier. diues regnū. Unde ouidi⁹. Addit externo marmore diues op⁹. Et boeti⁹ q̄nto de ꝯsolatōe ait. Cōstat eternū bonū sui compos. Jtē lucanus. Jmperiūq3 comes Juuenal. Depositū tibi sospes erit

Et sic multa exēpla habere possum⁹. Jtē ea q̄ ꝯpantur ex illis bene habēt ꝯparatiuū neutꝝ. vt hic paup pauprior. pauprimus. hec paup rior. rima. hoc paup paupius pauprimū. S3 ꝯparatiuū neutꝝ nō pōt oriri. nisi a positiuo neutro. ergo positiua eoꝝ habēt neutra. Ad hoc dicūt quidā q sūt ꝯmūis ge. ſ3 p figurā quādoq3 adiūgūt neutris. vt diues regnū. Quero ergo si p eandē figurā potest dici. Habeo diuitē regnū. vl' ista regna sūt diuites cū bene dicat. Loquor de diuite regno. Propt hoc ꝯcedūt quidā q sunt omīs ge. Et pſ. quādoq3 dicit de q̄busdam eoꝝ. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc memor. hic ⁊ hec ⁊ hoc paup. Qd si verꝝ est. ergo terminat ablatiuū in e. ⁊ in i. qꝛ hec est natura omīs ge. vt hic ⁊ hec ⁊ hoc felix. Ablatiuo ab hoc ⁊ ab hac ⁊ ab hoc felice vl' felici. ergo paup facit paupe vl' paupi. ⁊ diues diuite vl' diuiti. ergo neutrū plurale deb3 desinere in ia. ⁊ hoc nusq̄3 repit. qꝛ nō dicimus. hi ⁊ he memores. et hec memoria. nec dicimus diuites vel diuitia. hebetes vel hebetia. Jnuenit tamē hospita in plurali neutꝝ Unde stati⁹ Accipias fessum q3 libēs. Jtē hospita pādas flumia. ergo erit dicēdum. hic et hec et hoc hospes. ergo hospite vel hospiti facer3 ablatiuū qd nihil est. Nos dicim⁹ q p̄dicta nomia sūt ꝯmūis ge. in declinatōe. ſ3 omīs in ꝯstructōe. et hoc iō. quia si in declinatōe p̄ponerent eis tria articularia. de necessitate facerēt ablatiuū in e. et in i. et neutꝝ plurale in ia. S3 qꝛ significatō eoꝝ ē ꝯpabilis trib⁹ generib⁹ Jō ꝯpant q̄dam ex eis. et omia possūt adijci masculino et femino ⁊ neutro satis pprie. ſ3 nō in q̄lib3 sui termiatōe qꝛ q̄litas accusatī desinētis in em. et forma pluralis ī es nullo modo possunt neutro ge. adaptari Unde nihil ē Habeo diuitē regnū. vel. diuites regna. S3 alie termiationes eoꝝ possūt neutro generi adaptari. vt diues regnū. diuitis regni. diuitū regnoꝝ. diuitib⁹ regnis Licet ergo sit omīs ge. in ꝯstructōe. nō tamē oport3 q sint omnis ge. in declinatōe. qꝛ rōe legis q̄ in declinatōe omnis ge. obſuat. inde p̄dicta incōueniētia puenirēt Certe bene dr. Vir aduena Mulier aduena. Mancipiū aduena. Nō tamē in declinatōne dicā. hic et hec et hoc aduena. Et nota q ista tria memor. hebes. ⁊ teres. q̄uis a pſ. quādoq3 tantū ꝯmūis ge. iudicent. recte possūt dici omnis ge. in declinatōe. S3 neutꝝ plurale ipoꝝ in a. nō reperit vsualit. De hospes dicimus q est ꝯmūe. vt hic ⁊ hec hospes. tā in singulari q3 in plurali. sed hec hospita hui⁹ hospite in singulari femininū. in plurali est neutꝝ habēs tantū ntīm accusatiuū et vocatiuū. et sic ē ethroclitū. vt ntō hec hospita. accusatiō hec hospita. vtō o hospita. Jdē est dicēdum de sospita. qꝛ hic et hec sospes dicimus. ⁊ hec sospita te. in plurali hec sospita. De vber ⁊ degener dicim⁹ idē qd d paup. lic3 p autoritatē q̄ndoq3 finiāt ablīm i. ſ3 memor tā ī e. q3 i. teste pſ. De cōpos comes bipes quadrupes ide3 dicimus qd de diues. et sic omnia p̄dicta sunt ꝯmunis ge. et omīs diuersa ꝯsideratione. quedā tamē ex illis termināt ablatiuū in. e. tantū quedam vero in e. et in i. Questio de plus ⁊c.

Veritur etiam de plus. victrix. vltrix. cuius generis sint Ad hoc dico q plus in ntō actō et vtō est neutri generis. sed in alijs

casib⁹ habet tria genera. Unde facit ablatiuū tam in e. q3 in i. vt plure vel pluri Hoc aūt ꝯtingit qꝛ nullū monosillabū fe. ge. tantū repit desinēs in us. Unde nullu3 monosillabū in us. potuit esse omīs ge. ac qꝛ ꝯparatiuū erat hui⁹ nomīs multus ta. tū. oportuit q in reliq̄s casibus ess3 ꝯmune triū geneꝝ. vt sui positi generib⁹ respōderet. Et ppter hoc dicim⁹ q fuit hoc nomē plus omīs ge. in ꝯparatōne. sed neutri tantū in declinatōe. qꝛ erat cōparatiuū ad tria genera. vt iste panis est plus illo. ⁊ hec farina ē plus illa. et hoc frumentum est plus illo. Hac de causa ꝯtingit q ī illis casibus q̄ habēt omne gen⁹ cōponit cū con. vt cōplurib⁹ cōpluris. cōpluri cōplures. ⁊ nō in forma neutri. Unde nihil est ꝯplus. ⁊ hoc iō. qꝛ hec ppositō cō. importat collectōem. ⁊ ob hoc potuit cōuenire cū omī genere. ſ3 nō cū neutro. qꝛ multitudo recipit collectōnem. simplicitas vero non. De victrix et vltrix dixi supra in secunda pte vbi determinaui de accentu desinentiū in trix. De epicheno genere.

Picbenū genus. id est. ꝯmiscuū sub vna voce ⁊ vno articulo aīmalia vtriusq3 sex⁹ signat. vt coru⁹ et aq̄la. Et dr epichenū. id est. supra ꝯmune. qꝛ supra vtriusq3 sex⁹ aīmalia cadit. Videt igit q hoc nomē primus sit epichenu3 cu3 dr. Diliges deū ⁊ primū. qꝛ sub vna voce ⁊ sub vno articulo venit p masculo ⁊ femina. Dico q hoc habet ex impropetate. i. p figurā. ⁊ iō nō est epichenū. Jtem demonstrato mare et femina bene dr. Jsti ciues currūt Ecce hoc nomē ciues vna voce vnoq3 articulo sumit pro masculo ⁊ femina. ⁊ ita videt q sit epichenum. Dico q hoc ꝯtingit ex impropetate. quoniā ibi est ꝯceptō generum. ⁊ sic nō est epichenosis.

Jdetur etiaz q hoc nomen substātia sit epichenū. qꝛ sub vna voce et sub vno articulo ꝯphendit animalia vtriusq3 sexus Ad hoc dico q in regula pſ. intelligit tantū a substantia. iō nō est epichenū. qꝛ nō ꝯuenit tantū animalibus vtriusq3 sexus. imo etiā alijs reb⁹. Jdē dicimus de omnib⁹ generalib⁹. Jtē videt q aīmal sit epichenū. qꝛ significat aīmalia vtriusq3 sexus vna voce ⁊ vno articulo. Ad hoc dico q nullū nomē neutri ge. est epichenum qꝛ nō signat rē vt sexatā. imo vt insexatā. aīmal eni ꝯuenit etiā animalib⁹ insexatis. Mancipiū ergo nō est epichenū cū sit neutri ge. quāuis vna voce ⁊ vno articulo significet aīmalia vtriusq3 sex⁹. qꝛ neutꝝ genus dictum est a puatōe vtriusq3 sexus. Jtē nomia pisciū nō sunt pmiscua. vt lucius ⁊ anguilla. qꝛ nō generant p coitū. sed p solā ꝯfricatōem. ⁊ ita pprie nō habent sexū. ⁊ hoc vt in plurib⁹ intelligas. Hoc dico. qꝛ q̄dam pisces dicunt sexum habere ⁊ coire. vt foce ⁊ murena.

Questio de epicheno

Veritur etiam quare nomina ratōnabiliū non sint aliquo mō epichena. Dico q certa sexus discretō fuit in causa. ſ3 tamē q̄dam ratōnabilia vident habere vtrūq3 sexum. sicut hermofrodite. Nā vt dicit ysidorus. xj. ethimolo. Hermofrodite appellati sunt. eo q in eis vterq3 sexus appareat.

Herma q̄ppe apud grecos mascul⁹. afrodi femina nuncupat. Hi dexterā māmillā virilē. sinistrā muliebrē habētes. vicissim coeūdo ⁊ gignūt ⁊ pariūt. hoc etia3 dicit augustin⁹ in xvj. li. de ciuitate dei. S3 pōt dici q h⁹mōi aīmalia sunt quedā mōstra nature ⁊ irregularitas.

Veri etiam potest. ī quibus animalib⁹ epichenosis habeat locū. Ad hoc dico q in q̄busdā animalib⁹ est sex⁹ multū incertus. nec erat vocis q̄litas nisi vna. ⁊ in illis potuit habere locū epichenosis. vt dama talpa miluus ⁊ pica. Sed nomia quadrupedū in a. possūt esse ta3 mas. q3 fe. ge. vt hic dama. et hec dama. hic talpa et hec talpa Et in vtroq3 genere accipiunt p aīalib⁹ vtriusq3 sex⁹. Ac nomina bipedū in a. tantū sunt fe. ge. De his aūt dico que sunt epichena vt hec aq̄la. hec pica. hec noctua. Sed columba nō fuit epichenū. qꝛ dicim⁹ hic colūbus p mare. ⁊ hec colūba p femina. ⁊ hoc ppter fecunditatē accidit. sicut etiā gallus et gallina Palūbus ergo recte fuit epichenū ppter indiscretōem sex⁹ ⁊ ratā fecunditatē. Nomina aūt auiū epichena q̄ desinūt in a. ideo sunt femini magis. qꝛ aues eiusdē leuitatis sūt sicut femie. ⁊ termiatio vocis in a. maiorē ꝯuenientiā habet cū femino q3 cū masculino. Nota etiā hic q omne epichenū est mas. ge. vel fe. vt hic turtur. hec aq̄la. Et ꝯsimili adiectōe potest eandē ꝯmiscuitatē suare. vt vn⁹ turtur volat. modo nō discernit sexū vt ꝯsueuit fieri in ꝯmūi quādo dr Albus ciuis. Silr si dicā Alba aq̄la. non fit modo restrictō ad feminā. sicut fit in ꝯmuni. vt alba ciuis. Pōt ergo dici. vnus turtur. et alba aq̄la tā p mare q3 p femia. Tamen quādoq3 ꝯmiscua ista recipiūt adiectia ꝯtra naturam sui articuli causa discernēdi sexū. Unde inuenit. Anser erat quidā p̄cioso germie feta. Similit est dictū de turture. Sola volabit. sola sedebit. Tamē nobiliores autores his abusionibus nō vtunt. ſ3 etiā in alijs substantiis adijciunt adiectiā ꝯtra suū articulū quādoq3 rōe suppositoꝝ. vt apud salustiū. Pars ī cruce positi sunt. pars ī bestijs obiecti sunt. Quādoq3 cā alterius substanti qd subintelligit. vt Preneste sub ipa. Subaudit enī vrbe. Quādoq3 causa exp̄mendi naturā rei. vt Triste lupus stabulis. i. res naturalit tristis. hoc est tristiciā inferens Nō enī mas. et fe. ita exp̄mit naturā vt neutꝝ.

De genere incerto

Ncertū genus siue dubium est ab aīma. ppter diuersitatē vtentiū opiniones. ergo ſm hoc non sumus certi cui⁹ generis sunt nomia q̄ dicunt incerti generis. ergo altera istaꝝ locutionum est incōgrua. Dies est seren⁹. Dies ē serena. S3 nescimus vtꝝ modicū fermentū totā massam paste corrumpat. ergo vtraq3 repudiāda est. Dicūt q̄da3 q sine dubio altera illaꝝ est incōgrua. S3 qꝛ pniores debem⁹ esse ad saluandū q3 ad damnandū. ideo dicūt vtrāq3 eē recipiendā Nō enī sciūt cui⁹ ge. sint hmōi nomia. ⁊ similiter nesciūt q̄ illaꝝ locutōnū sit incōgrua. Nos vō dicimus q nulla debet esse nobis dubitatō de genere istoꝝ nominū ppter autoritatē veteꝝ q̄ vtroq3 genere vsi sūt Autoritas ei est sentētia imitatōe digna. Dicim⁹ itaq3

q omnia nomina incerti generis sunt duū generum sine dubio. Et hoc sepe dicit psl. nō tamē sunt omunis ge. q nulla est ibi omunitas quo ad animā vel naturam. nec otraxerūt illa duo genera ex vna autoritate. sed ex diuersis. Cū ergo dr. hoc nomē est dubij ge. vel incerti. illa dubitatō nō est ad modernos referēda. sz ad pmos inuētores. velut cū dr. Ceci vidēt Claudi ambulāt Surdi audiūt. id est. qui pus habuerūt cecitatem vel claudicatōem vel surditatē. sz modo nō sunt tales. Et forsitan aliqua rō traxit antiqs ad hec duo genera. q dies quādoqz sumit p certo tpe. qndoqz p incerto. Quādo venit p certo debet esse p mas. ge. q certitudo est in maribus. Quādo venit p incerto debet esse fe. ge. q nihil incertius qz femina. Juxta illud. Quid leui9 flama. flamē. quid flamie vetus. quid vēto mulier. quid muliere nihil. Simili est finis osummās. z est finis osumens. in eo q osummat habet se ad modū maris. in eo q osumit habet se ad modū femie. Simili cortex. in eo q munit arbore est qsi mas. in eo q ab arbore patit est sicut femina. z ita pōt de alijs iudicari. Et sciendū q nomia ita sunt incerti generis in plurali sicut in singulari. preter dies qd in plurali est tantū mas. ge. quia non habet se nisi ad certū tpus in plurali numero Questio.

Vero hic. cum secundū

autoritatē veter quedā nomia quādoqz sunt neutri ge. qndoqz mas. vt hic pūctus z hoc pūctum. z hic stadi9 z hoc stadiū. z hic catin9 z hoc catinū quare nō dicunt incerti generis. Solutō. dicim9 q masculinū taliū nominū iā cessauit. q non vtimur nisi neutro ge. istor nominū Esto tamē q vteremur his nominibus in vtroqz genere. nō tamē essent dicēda icerti generis. q varias termiatōes habent sm diuersa genera. qd in nominib9 dubijs nō otingit. Itē querit quare nō habeam9 aliqd adiectiuū incerti generis Multa ei adiectiua ponit psl. de quor generibus videt dubitare vt paup z diues. Ad hoc dico q nō potuit neutr incertitudinē cū masculino vel femino vel cū omuni habere q requirit q vbi est incertitudo ibi sit vna z eadem terminatō diuersor gener p omēs casus. Hoc aūt nō habet neutr cū alijs generib9. nā in quibusdā terminatōibus ouenit cū alijs generib9. z in quibusdā discrepat. z ideo neutr ad incerti generis naturā nō potuit peruenire. Et hec est rō quare nullū adiectiū est incerti generis cum omne adiectiuū pprie habeat in se neutr.

De ethroclitis

Ethroclitorū nominū

genere osueuit qri. Ad cui9 euidentiā scias q quedā nomia ethroclisim patiunt generis. i. diuersitatē z irregularitatē quādam in genere. vt hoc celū z hi celi hoc epulū z he epule. hic loc9 z hi loci vel hec loca. hoc pelagus z hi pelagi. hic carbasus z i plurali hec carbasa. sor. z ita otingit in quibusdā alijs. Querit ergo vnde ista irregularitas exorta fuerit in generibus. Ad hoc pōt dici q ab autoritate diuersor vsuū hoc pcessit. z forsitan nō sine rōe. q videt q ethroclisis semp immutet significatōem. vt hoc celū p otinēte. sz hi celi p his qui cōtinētur in eo. vt Celi enarrāt gloriā dei. Et hoc epulū p corpali. sz epule lar. p spūali. i. refectōe sciētie vl virtutis. Unde plato in thymeo. Uenistis ad epulas hesternas Et hic locus pprie quātitas est circūscribēs corpus. sed hec loca pprie de his dicunt in quibus possessiones habent. hi loci p locis dyaleticis. Itē hoc pelag9 est alta nimis aquar pfunditas. sz hi pelagi gor. ad certitudinē pfunde aque restringit Et hic carbasus. vestis sinuosa que tamē viro z mulieri ouenire pōt. Sz carbasa sorū. ad vela nauiū ptinēt. hic infern9 p loco generali omnium penar. Hic sibil9 est hominū. sz sibila sūt serpētum hec topica ce. p sciētia. sz topica topicor p libro Idē est dicendū de rhetorica z analetica. Itē hic menalus p tali mōte. sz menala lor. p appēdicijs z collib9 sibi adiacētibus. Hec pergam9. hui9 pgami p ciuitate. Sed hec pgama mor p edificijs suis. Hoc porr p maiorib9. hi porri p minorib9 Hi freni p se. hec frena nor. cū suo apparatu. Hoc rastr pro vna spē ligonū. Sz rastri stror. p omnib9 spēbus ligonū. Et ita pōt diligēs pscrutator inuestigare differētiam in hmōi ethroclitis. Sepe tamē iste pprietates ab autorib9 nō huant Uidet ergo q hoc nomē felix z cetera similia sūt ethroclita. q hoc nomen felix in ntō est omis ge. sz in accusatiō nō est omis ge. sz neutri. ergo variat genus. z sic ē ethroclitū. Illi qui dicunt omne gen9 esse quoddā accidēs p se. bene ocedūt. q ibi est ethroclisis. Nos vō dicim9 q nō. q cū felix sit omis ge. dicim9 q ē neutri. z sic nō variat genus.

Veritur etiam. an sit di

cendū vn9 celor aut vnū celor. Dicūt quidā q vtrūqz bene dr diuersis respectib9. q eni ptituū pōt respicere gen9 qd illic est. i. gen9 gti. Et sic est dicendū vn9 celor. z q pōt respicere id solū pro q partit singulari. z sic est dicēdum Unū celor. z sic est sensus. Unū celor. i. vnū celū de numero celor. z vnū epular. sicut vnū epulū de numero epular. Nos vō dicim9 q ptituū debet respicere gen9 qd illic est. q opatōem habet ad res p genitiuū suppositas sm gen9 qd accidit genitiuo. Et sic est dicendū. vn9 celor. vna epular. et non vnū celor. nec vnū epular. Nō tamē sequit. vn9 celus. vna epula. q gen9 plurale est forti9 singulari. In gtō aūt nomis collecti pōt fieri ptitō ita q gen9 a reb9 suppositis otrahat. Unde bene dr. Unus isti9 gētis est fortes. z vna isti9 populi est maria. Et scias q ethroclisis fit qttuor modis. scz genere quādo dictō est alteri9 generis in singulari qz in plurali. vt hoc celū. hi celi Declinatōne. quādo dictō est alteri9 declinatōnis in singulari qz i plurali. vt vas vasis pluralit hec vasa vasor. Numero quādo numer9 nō recte formatr a singulari. vt singulariter ego. pluralit nos. Casu quādo gtūs nō recte formatr a suo ntō. vt hic iupit. gtō huius iouis. Multa ad genus ptinētia infra ponā. vbi agam de declinatōe nominum. z in quarta pte vbi aget de silensi siue de conceptione. Amodo de numero videamus

De numero.

Vmerus inter acciden

tia nomis terciū locū de iure possidz Natura eni numeri distinxit genera. z ipa multiplicent numero quor gener multiplicatio retinēda est ad oseruandas species in esse. Et certū est q nō possūt spēs teneri i esse. nisi p multiplicitatē pticularū Hoc aūt nō pōt fieri nisi pus existēte gener multitudie Bene ergo post spēm de genere. z p9 gen9 de numero est agendū

Veri solet cui parti acci

dat numerus Dico q numer9 accidit cui9cūqz accidit psona z econuerso. q psona dr quasi p se vna. z sic vnitas est pfectō ipi9 psone q ad qd. Unde gerūdia z supia carēt nūero. q carēt psona Aduerbijs aūt nō accidit numer9 nec psona. licet qdam aduerbia sint numeralia. vt bis ter. z quedā psonalia. vt meatim z tuatim. nō q habēt numer vl psonā p accidēti. sed p significatōe. Et sm hoc pōt numer9 diuidi a psona Uidet tamē q age z agite habeāt numer p accidēte. q age reqrit verbū singulare. vt age lege. Sz agite vbū plurale. vt agite. legite. ergo accidit eis numer9 Ad hoc dico q indifferēter iungunt cū vbo singularis numeri z pluralis. vt age legite. z agite lege. Unde stati9. En age ab diuersis thalamos huare martis. Itē psper. Age iam pcor mear comes remota rer intrepidā breuēqz vitaz domio deo ducem9. z hoc vult psl. q i. v. li. vbi agit d numero dicit. Numeros aūt he habēt dictōes q psonas quoqz habēt. vel finitas vel infinitas. i. nomia. vba. vel pticipia. pnomia. vnde si deficiat in psonis verbū deficit etiā in numero. qualia sūt infinita. impsonalia. gerūdia vel supina. Aduerbiū eni quāuis sepe demonstret numer ad significatōem noim numeraliū. nō tamē qsi accidentē hūc habet. z sic patz q numer9 nullo mō accidit aduerbijs. Unde ille vsus est est repudiādus Pluribus est agite dicēdum. sz age soli.

Vmerus aūt prout hic

sumit diuidit in singularē numer z pluralem q satis est in hac arte vnū a multo. vel multū ab vno discernere. At reliq differētie numeror ad aliā ptinēt facultatē Iste vō sūt pncipales. q vnitas z binarius sunt duo pncipia numeror. tamē differēter. q vnitas est pmū pncipiū z simplex. Binari9 aūt est pncipiū secundū z cōpositū. ab vnitate ergo ē singularitas. a binario aūt est pluralitas. vnde sicut binari9 gemiat vnitatē. sic pluralis numer9 si ē vere pluralis debz gemiare suū singulare. vt homo z homies.

Eo queritur de quibus

dam nominib9 quor pluralia nō gemināt suum singulare. vt vter. alter. vterqz. neuter. z alteruter. Ita eni dicunt de duob9 in plurali sicut i singulari. Unde boeti9. Inter vtrasqz lrās. i. inter ambas Querit ergo vnde hoc otingit Ad hoc dico q hec noia dicta sunt a dualitate qsi pncipali significatōe. vnd nō possunt eam relinqre i singulari nec i plurali. sicut nec homo relinqt humanitatē. siue dicat de vno. siue d pluribus. Dicim9 ergo q nō gemināt dualitatē. q i vtroqz numero distribuūt. siue ptiunt respectu duor. sed tamen gemināt numer apprehēdēdi dualitatē. q pōt dualitas apprehēdi vt vnū. z hoc faciūt pdicta nomia i singulari. z pōt apprehēdi vt plura. z hoc faciūt eadē noia in plurali. z sic gemināt sine dubio singulare. Numer9 eni apud naturā est plura. sz apud animā ... pōt duobus recte modis apprehēdi. Itē etiā dubitat de hoc nomie vnus. q inuenit quādoqz in plurali. vt vne z altere scale. Simili vna moenia. Et illud terentij. Ex vnis nuptijs fecistis gemias Ad hoc dico q non geminat vnitatē. q illa ē pncipalis eius significatō. sz vnitas pōt apprehēdi. vt vnū z vt plura. z hoc merito. q ē vnitas pura z vnitas impura. Sic ergo geminat singulare quātū ad modū apprehendēdi. z hoc fit rōe quorūdā nominū q tantū in plurali numero declinant. z quādoqz signāt vnū vt plura. quādoqz plura vt plura. vnd bene dr. vna arma. vne nuptie. Sz male dr. vni hoies. vne mulieres. In masculino aūt genere nō inuenit apd autores in plurali numero. Posset tamē dici. vni manes vel vni penates. nisi vsus resisteret. Et nota q vn9 quādoqz signat vnitatē animor. Unde iacob9 apostolor Multitudinis credētium erat cor vnū z aia vna. z sm hoc posset dici. Iste mulieres sūt vne. i. vnanimes. z corda nostra sūt vna. i. vnanima. vnde luca. Fecere nephas in ptibus vnis. i. vnius aimi z volūtatis.

Questio de vtroqz numero.

Vnc de utroqz numero

videam9. Scias igit q singularis numer9 est forma dictōis significātis vt vnū. Pluralis aūt numerus est forma dictōnis significātis vt plura. Isti vtiqz modi notant quādo pueris dr. Cui9 numeri. singularis Quare. q singularit pfert. id est. vt vnum designans profertur pluraliter. id est. vt plura designās. Sed contra hoc ita obijcit. Chimera ē opinabilis. hoc nomē chimera signat rē suā vt vnū. sz ipa non est vna. nec potest esse. ergo significat eā falso. z ergo hec debet iudicari falsa. chimera est opinabilis. quēadmodū chimera si iudicaret vt alba cū ipa non sit alba. hec iudicaret falsa. chimera est alba. Querit etiā cui talis singularitas insit. Dico q inest apprehēdenti z nō est forma nature. sz rōnis. z licet aliter sit qz apprehēdat. nō tamē apprehendit falso. q aliud est de albedine. aliud de mō apprehēdēdi Albedo eni est forma naturalis. singularitas autē ē forma ratōis siue intellectus. Unde inest tantū aime. z iō nō surgit inde falsitas. quia bene inest cui debet inesse. Possum9 etiā dicere q talis singularitas inest chimere put ipa est apud animā p itellectū solū. q tale figmētum est vnū p apprehēsionē quāuis nihil sit in natura. z hoc est quasi idē qd pus dictū est.

De discretōe numeri.

Veritur que nomina di

scernāt numer z q nō. Ad hoc dico q substantiua. vt homo et homies. z adiectiua substantie tenta. vt albū. discretōem quātitatis in reb9 suppositis faciūt. vt est homo. ergo vnū. et sunt homies. igit plura et album currit. ergo vna res alba. Sūt tamē quedā noia substātiua. que in eodē numero veniūt tā p vno qz pluribus. vt vinū et arma. et hec dicunt nomia oplexiua. q qddā vinū ē vnū. et quoddā vinū est plā. Simili quedā arma sunt vnū. et quedā arma sūt plura. Nō tamē hmōi nomia habēt duos modos significādi. scz singularit et pluralit. sed vel singularit tantū. vt vinū. vel pluraliter

tantū vt a:ma A dicctiua aūt sicut et vba carent nume/
ri discretōe quātū ad ꝓprietatē quā signāt. quoniā at/
tribuūt cū ꝓplexiue. i. tam ꝓ vno q̄z ꝓ plurib⁹. vt albus
id est. pricipās albedine vel albedinib⁹. Unde vē pōt
dici. populus est albus. q: tot imꝑmit albedines hoc
nomē albus. q̄t sunt homies in ip̄lo. Similiē populus
curꝛit. tot enī cursus attribuūtur populo ex q̄t homini
bus ꝑplus ꝓstat. Nō tamē adiectiua habēt numeꝝ ꝓple
xiuū. sed vel signāt singularitē tantū. vt albꝰ. vel plurali
ter tantū vt albi. Nō ignora tamē q̄ multa nomīa sūt
singularis numeri ⁊ pluralis in eadē voce. vt dicit p̄s.
in q̄nto li. vbi agit de numero. vtpote. albi sedes manꝰ
⁊ res. illi ⁊ illa. Sed hoc simul ⁊ codē respectu nulla di
ctio casualis habere pōt. Jn vbis aūt hoc ideo nō ꝓtin
git vt dicat p̄s. q: nullū verbū in eadē voce apud latios
est vtriusq; numeri. Si obijciaī de hoc vbo audire q̄d
est pluralis numeri ī ꝑterito vbi actiui. ⁊ ē singularis
numeri in futuro passiui. ⁊ hoc habet ī eadē voce proꝛ
sus. Dico q̄ aliud est vbum actiuū. ⁊ aliud passiuum.
sicut alia est actō q̄z passio.

Veritur aūt unde ístuo

ꝓtingat q̄ substātiua ex maiori pte faciunt di
scret̄ōem numeri. sz adiectiua non. Ad hoc re/
spondendū q̄ cā formalis hoc facit. q: forma substātia
lis agit ad numeꝝ. cū ab ea sit ꝑfectiō ⁊ esse rei. ⁊ hāc de/
signāt noīa substantīa. Forma vō accidentalis nō facit
ad numeꝝ. q: nō facit q̄d. sz alteꝝ. ⁊ ideo adiectiua nō ha
bent numeꝝ q̄ sit a rebus. sz a mō significādi tantum

Xcipiuntur aūt numera

lia. quāuis nō dicant̄ ꝓprie adiectiua. Ea enī at
tribuūt rē suā cū discretōe numeri. vt ist̄i sunt
duo. id est. vno binario ptic̄pātes. Si eī carerēt nume/
ri discretōe. iā seq̄rēt q̄ tuoꝛ essent duo. q: quattuoꝛ p
ticipāt binario vel binarijs. Eadē rōe mille posſūt esse
duo. Patet igit̄ q̄ numeralia copulāt cū discretōe nu/
meri ⁊ merito. q: inuēta fuerūt ad indiscretōez numeri
remouēdam. Et sic quantū ad hoc imitant̄ naturā sub
stantiuoꝝ. q: semp numerꝰ comitat̄ formā substātiua/
lem. Unde p̄s. numeꝝ a pellauit formā. Hec est rō qua
re alteriꝰ nature adiectiua nō copulant̄ numeralibus. si
cut nec substantīs. vnde male dꝛ. Jsti sunt duo ⁊ albi. si
cut male dꝛ. Jsti sunt albi ⁊ homines. Scōm hoc videt̄ q̄
omīa numeralia sūt dicēda singularis numeri. q: copu
lant rē suā cū discretōe singularitatis q̄d si veꝝ ē. ergo
sunt singularis numeri q̄ ad intellectū. ⁊ sic poterit dici
duo currit. Soluō dicꝰ q̄ omīa numeralia sunt plu
ralis numeri. etiā realiter ꝑter vnus. q: numerꝰ apud na
turā est plura. Nā duo venire ꝓ binario. idē est q̄ veni
re ꝓ duabꝰ vnitatibus quādo sig̃ficat ip̄m in ꝓpatōne
suppositoꝝ. sz q̄ndo numerꝰ significat adiectiue. fit sermo
de ip̄so tanq̄z de vno. vt binariꝰ est discreta q̄ntitas. q:
est vnū apud animā. ⁊ sic nihil ē dictū duo currit.

De similib⁹ numeralibus

Unt aūt quedā similia

numeralib⁹. q̄ tamē in singulari numero dicū
tur de pluribꝰ. vt geminꝰ. duplex. multꝰ binus. ⁊ sumꝫ

tuant ⁊ inueniant̄. cū de iure sue significatōis nomen ꝓ
ꝓriū careat pluralitate. Ad hoc dico q̄ locꝰ pōt ꝓsidera
ri vt vnū ⁊ vt plura. Ratiōe ꝓtinētis est vt vnū. Ratiōe
contētoꝝ est vt plura. q: est locꝰ ꝓtinēs ⁊ locus ꝓtētus
Et hac cōsideratiōe possunt nomia locoꝝ ustitui tam ī
singulari q̄z in plurali.

Esculētus ta.tum.id ē pinguis.componit ab esca et lentos greco quod significat plenitudinē. et comparatur esculētior simus.vnde esculēte ti9 sime aduerbiū. et hec esculētia tie. i.pinguedo. crassitudo

Esculetū ti.penultima ꝑducta loc9 vbi multe crescunt esculi et dicitur ab esculis.

Esculus li.fe.ge.ab esca dicit.est enim quedā arbor cui9 fructus esca est.et vt dicunt qdam est sorbus vel nespus sm hug et sm pap. est arbor glādifera et corripit scu.

Esebon.accentuat in fine.⁊ iterptatur cingulū tristicie vel cogitatio meroris

Esquilie ab esca ⁊ ales cōponit hec esquilie liarū qdam vicus rome vbi erat vstrina publica. Unde iuuenalis. Esquilias dictū que petunt a vimine collem Qui locus dicit hebraice carnariuz.⁊ dicit ille locus esquilie.qsi alitum esce.q2 aues ibi comedebāt hominū cadauera.vnd qdam mōs vicinus dictus est esqlinus.

Esqlinus lini.in esquilie vide

Essedum di.genus est vehiculi. Horatius Esseda festinant ⁊ corripit penultimam

Essentia ab esse infinitiuo deriuat hec essentia tie.id est substātia vel ꝓprietas essendi. vnde hic ⁊ hec essentialis ⁊ hoc le.vnde essentialiter essentialitas sm hug. Papi. vero dicit. Essentia substātia natura vel eternitas. eo q semp est.⁊ differt essentia ab esse.q2 esse est actus essentie Essentia autē dicit cuius actus est esse Subsistēria cui9 actus est subsistere. Substātia c9 act9 est substare. Hoc autez duplicit dicit. sicut insingulis patere pōt. Esse enī est actus alicui9. vt quod ē. vt calefacere est actus calefaciēns.⁊ est actus alicui9 vt quo est.sc3 quo dnominat esse.sicut calefacere est actus caloris. Utruz autē dānati velint non esse.dicā in infernus Uide etiam in vnus.

Estas ab estus dicitur hec estas estatis. ⁊ ē calida et sicca. Et scias q quattuor sunt tempora anni.hyems. ver. estas autumnus. Hyems ē frigida ⁊ humida. ⁊ ꝯuenit cum elemēto aque.et cum humore flegmatico. Uer aūt humidum ⁊ calidum ē.⁊ conuenit cum elemēto aer is.⁊ cum humore sanguinis. Estas vō est calida ⁊ sicca ⁊ cōuenit cum elemēto ignis.⁊ cum humore colere. Autumnus autē frigid9 ⁊ siccus ⁊ habz conueniētiā cum elemēto terre.⁊ cum humore melācolie. Hyems autē sm quosdam incipit.ix.kalēdas decembris.sc3 in festo clemētis. Uer incipit octauo kalēdas martij sc3 in festo sancti petri. Estas incipit octauo kalēdas iunij sc3 in festo sancti vrbani. Autumnus aūt initium sumit nono kalendas septembris sc3 in festo sancti bartholomei. vel sm alios octauo kalēdas septēbris. Und vsus Dat clemēs hyemem.dat petrus ver kathedratus. Estuat vrbanus.autumnat bartholomeus. De ꝯueniētia elemētoꝝ et humorū corpis.dixi in elemētum.

Estacula le.dimi.ꝑua estas.

Estifer ra.rū.penulti.corre.id ē ferēs estatē vł estum ex estas.vł estus ⁊ fero fers cōponit.

Estiuus. Ab estas dicit estiuus ua.uum.ad estatez ptinēs. Unde pluralit hec estiua estiuorū dicunt loca in nemoribus. vbi in estate bestie sub vmbra morantur vt vitent calorem. Und estiuo uas.ad vmbrā in estate qescere. Itē ab estas vel ab estiuus dicit hic ⁊ hec estiualis et hoc le.ad estatē vł ad estiuū ptinēs.

Estor oris.i.vorator.epulo.māducus. mādax ardelio. ab edo es ē dicit ⁊ ꝑducit pnlt in gtō.

Estrix cis.fe.ge.femina gulosa.⁊ ꝑducit stri in gtō ⁊ formatur ab estor.tor in trix

Estuo as.in estus vide.

Estus Ab vro vris dicit hic estus stus.stui.qsi vst9.id est calor.feruor.vnde estuosus sa sum.estu plenus.⁊ cōpatur estuosus sior.sissimus.vnde estuose sius.sime aduerbiū.⁊ estuo as.feruere bullire.calere.⁊ componit exestuo as.⁊ inestuo as.⁊ est neu.cū suis cōpositis

Esurio ris.format ab esu supino.de edo es ē addita rio et est esurire meditari.edere vbum meditatiuum. Ille esurit.cuius animus est in patinis. Et ind hec esuries ei. ⁊ corripit u.ante r. Et scias q esurio ris facit pteritū esuriui.vt patz Math.xxv. Esuriui enim ⁊ non dedistis mihi māducare.quod est contra naturā vbi meditatiui.vba enim meditatiua carent pteritis. Sed dic q esuriui ponitur ꝑ famui sue famē habui. De hoc tamē plenius dixi in tercia pte in tractatu de spēbus vborum in capi. de vbo meditatiuo.

Esus. A passiuo hui9 vbi edo. qd inuenit in tercia psona dr esus esa esum.i.comest9.corrosus.⁊ ꝯpo.ꝑmes9 coesus abesus obesus.⁊ ꝑdu.e.

E ante T

Etatula le.penul.corr.ē dimi.de etas.i.ꝑua etas. ⁊ scribitur ꝑ ae.dyptongū in ꝑma.

Etas Ab euo dicit hec etas tis qsi euitas. Etas plerūq3 dicit pro vno āno.⁊ pro septē ⁊ pro cētum ⁊ pro quouis tempore sic dicta. quasi euitas.sc3 similitudo eui. Nam euum est etas ꝑpetua.cuius nec initium nec finis extremus noscit. quod greci vocāt eonas. quod aliquando apud eos pro seculo.quādoq3 pro eterno ponit. Unde apud latinos etas est deriuatiuum.ab euum vel ab esse propē eius durabilitatem. Et dicit etas duobus modis aut mundi.aut hominis Mundo autē non assignātur etates quātum ad substātiā.q2 sic imppetuum durabit. sz quātum ad statum.sic enim trāsibit mundus.q2 preterit figura mundi.sm apostolū. Figura inquit non ē substātia.⁊ sic mundus antiqtur ⁊ senescit. Et sm hoc distinguuntur mūdi etates methaphorice ad similitudinem etatis vnius homis. Uariant enim in homie etates sm diuersas notabiles varietates in statu ipsius. vnde prima etas homis dicitur infantia vsq3 ad septem annos. Exinde vsq3 ad quattuordecim annos est etas secūda. sc3 puericia necdum ad generādum apta. Und puer dicitur a puritate.q2 purus est.necdum lanuginē ⁊ florez genarum habz. Tercia etas est adolescētia ad gignēduz apta ⁊ adulta.que prorogat vsq3 ad vigintiocto ānos. Que tres etates computātur quādoq3 pro vna Quarta est iuuētus firmissima omniū aliarū etatum finiēs in quinqgesimo āno. Quinta est senioris.i.grauitas que ē declinatō a iuuētute in senectutē nondum senectus.sz iā non iuuētus.q2 senioris etas est quā greci psbitē vocāt Nam senex apud grecos non psbiten. sz geron dicitur. que etas a quinqgesimo āno incipiēs. in septuagesimo anno terminat. Sexta etas est senectus. que nullo ānorum termino finitur.sed post illas quinq3 etates.quātūcunq3 vite est senectuti deputat. Senium autē est vltia ps senectutis durās vsq3 in finem.dicta sic. q2 terminus est sexte etatis sm hug.et ysid. Etates autem mundi sic distinguunt. Nam ꝑma etas mundi fuit ab adā vsq3 ad noe in qua fuit generis humani institutō et lapsus. Secunda a noe vsq3 ad abraam. in qua fuit generis humani destructō ꝑ diluuiū.et renouatō. Tercia ab abraā vsq3 ad dauid in q fuit circumcisionis et legis institutō Quarta a dauid vsq3 ad trāsmigratōnem babilonis .s. iude in babiloniaz.in q lex floruit sub regib9 ⁊ ꝓphetis.

Quinta a trāsmigratōne babilonis vsq3 ad christum. in q̄ fuit populi captiuatō ꝛ liberatō. Sexta a xp̄o vsq3 ad finez mundi. in q̄ est generis humani redemptō. In septima ergo etate ꝛ vltima venit christus. Unde et iohannes dicit. Nouissima hora est. ꝛ paulus in .i. ad corinth. Scriptum est in quos fines seculoꝝ deuenerūt. Non tamē oportet q̄ eq̄li numero annoꝝ etas humani generis compleat̄. sicut nec etas vnius hoīs. q2 vltima etas hoīs quādoq3 habet tātum quātum omēs p̄me. nescit̄ eni3 finis vltime etatis hoīs siue finis mūdi vt dixi in antixp̄o. Et scias q̄ a p̄ncipio mūdi vsq3 ad incarnatōnem xp̄i fluxerūt anni q̄nq3 milia. ducenti viginti octo. sicut dicūt psper ꝛ esuebius cesariēsis. ꝛ hieronimus in cronicis suis. Orosius autē p̄sbiter scribēs ad augustinū dicit sic. Sunt ab adā primo hoīe vsq3 ad ninum magnū vt dicūt regem quādo natus est abraam. anni tria milia centū octogintaquattuor. q2 ab omnibus historiographis vel omissi vel ignorati sunt. Anni autem ab abraā vsq3 ad cesarez augustum. i. vsq3 ad natiuitatez xp̄i. que fuit anno imperij cesaris q̄dragesimo secūdo facta pace cum parthis. iā porte non clause sunt. ꝛ bella toto orbe cessauerūt colligunt̄ āni duo milia. xv. et sic colligunt̄ anni q̄nq3 milia centū ꝛ nonaginta nouem. a p̄ncipio mundi vsq3 ad xp̄m s̄m Orosium Et vt dicitur in aurora. Incipiēs ab adā fuit ad noe labilis etas. Prima p ānorum milia pene duo. Et vt di. frater thomas. triplex est p̄fectō sc3 nature gratie et gl'e. Perfectō nature estque fuit in p̄ncipio seculoru3. De q̄ dicit̄ in genesi p̄mo. q̄ die septimo cōpleuit deus op9 suum. Perfectō vero gl'e erit in fine seculoꝝ. Et q2 p̄fectio gratie est mediū inter vtrāq3. Ideo xp̄c p que3 gratia facta est circa mediū seculoꝝ venit. Unde dicit̄ abacuc. iij. In medio annoꝝ notum facies. Quidam autez distinguunt tātum quattuor etates s̄m q̄ aptātur q̄ttuor tempibus anni. Sunt enim quattuor tp̄a. s. ver estas autumnus hyems. Et sunt quattuor hoīs etates. sc3 puericia q̄ est calida ꝛ humida. sicut ꝛ ver. Secūda etas sc3 iuuentus que est calida ꝛ sicca sicut estas. Tercia est senectus que est frigida ꝛ sicca. sicut autumn9. Quarta est senium quod est frigidum ꝛ humidu3 sicut hyems. ex collectōne flegmatici humoris q̄ abundat in senio. et aptatur hyemi frigide ꝛ humide. De hoc etia3 vide in Eternus. Euiternus sincopat̄ ꝛ dicit̄ eternus estas. na num. vel dicit̄ ab etas. sc3 quod caret p̄ncipio. ꝛ carebit fine. s. quod non habuit p̄ncipiu3 sue essentie. nec habebit finem q̄lis est solus deus. Unde eterne aduerbiū Et vt dicit boeti9 in q̄nto li. de ꝯsolatōe. Eternitas ē interminabilis vite tota simul ꝛ p̄fecta possessio. Et nota q̄ eternum est. vt dixi. quod caret p̄ncipio ꝛ fine. Perpetuum enim quod in tp̄e incipit esse ꝛ caret fine Sempiternum est quod cū tempe incipit esse ꝛ cum tempore desinit esse. Temporale est quod in tp̄e incipit esse et in tempore desinit esse. Solus ergo deus eternus est angeli ꝛ anime ppetue sunt. mundus ꝛ temp9 sempiterna sunt. temporalia sunt homines ꝛ hominū facta. Ite3 ab eternus hic ꝛ hec eternalis et hoc le. vnde eternalit̄ aduer. vnde hec eternalitas tatis. De coeternitate ꝛ equalitate psonaꝝ diuinaꝝ dica3 in psona. Item vide in anima.

Etesticulo las. i. testiculos auferre. vel valde testiculare vbū actiuū. Et componit̄ ab e. ꝛ testiculo las. et corri.

Ether etheris. est supius elemētum. s. ignis pit cu. et est nomē grecu3 mascu. gene. Unde ethereus rea reū et hec ethra ethre. i. splendor etheris. Unde illud i hymno. Quem terra pontus ethra colūt adorāt predicant. Quidam tamē legunt ibi ethera ita q̄ sit nominatiui casus dicimus enim etherem vel ethera. vnde hec ethera re. s3 ethra s̄m hug. deb3 dici. Cōmunis tamē eccl'e vsus dicit ethera. Itē ether dicit̄ supior ps aeris

Etheroclitus ta. tū. Quid sit nomē etheroclitū dictū ē supra in diuersiclinū ꝛ corr. penul. etheroclitus.

Etherogeneus. Ab etheros vl' etheron quod est diuersum. ꝛ genos quod est natura. componit̄ etherogeneus nea neum. penul. corre. i. diuersarū naturaꝝ. vt patet in hoīe qui est totus etherogeneus. id ē diuersaru3 naturarum. Hoc etiam patet in ptibus organicis. vt in manu et in pede. q̄a manus ꝛ pes constat ex rebus diuersarum naturaꝝ. puta ex pelle carne. neruis ossibus ꝛ venis. Sed aliter est in omogeneis. q2 in omogeneis totū ꝛ ps sunt vnius nature. sicut frumētum. piper. vinum. argētum. caro ꝛ ossa. q2 quelibet ps frumēti frumētum est. et q̄libet ps piperis. vini argēti. carnis ꝛ ossis. piper vinum. argētum. caro ꝛ os est. ꝛ componit̄ omogeneu3 ab omos quod est vnum ꝛ genos natura. inde omogeneus nea. neū. penul. corre. i. vnius nature. De hoc vide in tercia pte in tractatu de numero nominū in ca. de nominibus ꝯplexiuis

Ethicus. Ethis grece latine dicitur mos. vnde ethicus ca. cum. penultima corre. i moralis. ꝛ hec ethica ce. id ē moralitas. vel sciētia que tractat de moribus. ꝛ ethicus ca. cum. i. pprium s̄m Hug. Ite3 vt di. Pap. Ethica genus febris cuius tres sunt species. primo. secūda ꝛ tcia. ꝛ habet esse in mēbris. De p̄ma leuit̄ liberat̄ aliq̄s. de secūda vix. de tcia raro vel nunq̄3

Ethimologia. ethimos vel ethimon grece. latine dicit̄ verum. et logos sermo vel ratio. inde hec ethimologia gie. quasi veriloquium. q2 ethimologisando vocabulū verā ipius originē eloq̄mur. ꝛ diffinit̄ sic. Ethimologia ē expositio vni9 vocabuli p aliō vocabulū siue vnū siue plura magis notum vel magis nota in eadem ligua vl' diuersis s̄m rerum pprietatē vel literarū similitudinē vt lapis quasi ledens pedem. Piger q̄si pedibus eger. Et inde ethimologicus. ca. cum. i. figuratiuus. vel q̄d ptinet ad ethimologia3. vel q̄ ethimologisat. et ethimologiso sas. i. sic exponere s̄m hug. An ethimologia faciat deriuatōem. dixi in tercia pte q̄si in p̄ncipio in tractatu de speciebus nominū. Item nota q̄ ethimologia aliter sumit̄ quādo est vna pars grammatice. Grāmatica siquidem diuidit̄ in quattuor ptes. s. orthographia3. ethimologiam. diasintastica3. et p̄sodiam. et tunc ethimologia dicit̄ ab ethimon quod est verum. et logos sermo. inde ethimologia id est tractatus de veritate omniū ptium oratōis absolute et sic sumpta est tercia ps istius libri

Ethiopeya. ab ethis quod est mos et poio pois. id est fingo gis. dicitur hec ethiopeya peye. id est confirmatō morū in qua hoīs p̄sonam fingimus. p exp̄mendis affectibus etatis. studij. fortitudīs. leticie. sensus. meroris

audacie s̄m hug. Papias dicit. ethiopeya ē cū s̄mone3 ex aliena p̄sona inducimus. vt cum fingimus p̄sonam mulieris vel vocem

Ethiops p ps. scribit̄. quod cognosci pōt ad genitiuu3 qui format̄ a nominatiō interposita i. et corri. penul. ta3 in ntō q̄3 in genitō. ꝛ sicut di. hug. Ethiopes dicti sunt a cham q̄ vocatus est chus. a quo originē traxerūt. Chus enim hebraica lingua ethiops interp̄tat̄. ꝛ hinc ethiopia pie. fe. ge. quod interp̄tat̄ tenebre. vnō ethiopicus ca cu3 ꝛ ethiopius pia. piū. ambo gentilia.

Ethis grece latine dicit̄ mos ꝛ accentuat̄ in fine.

Ethna ethne. mons sicilie ex igne ꝛ sulphure dictus In de ꝛ gehenna s̄m Pap̄

Ethnicus ca. cū. penulti. corr. i. gētilis ꝛ dicit̄ ab ethnos

Ethnos grece latine dicit̄ gens ꝛ accentuat̄ in fine

Ethra ethre. in ether exponit̄.

Ethronus na nū. qui nullum habet thronū. sc3 qui nullam regni ptem habet. ꝛ compo. ab e. ꝛ thronus ni. quasi extra thronum ꝛ corri. thro

Etiam est ꝯiunctio causalis vel copulatiua. vel s̄m diuersa adiuncta alterius speciei esse potest. et est secūda litera t. in Papia

E ante U

Eu vox respondentis. aduer. est.

Eus. vox vocantis aduer. est s̄m hug. Et Pap̄ di. Eu vox respondētis Eus vero aduer. est vocantis. Eu grece latine dicit̄ bonu3. Inuenit̄ etiam heu aspiratu3. ꝛ tūc est interiectio dolentis

Eua interp̄tat̄ vita siue calamitas siue ve. Uita. q2 origo fuit nascendi Calamitas ꝛ ve. q2 ppter p̄uaricatōem causa extitit moriendi. a cadendo enim nomē assumpsit calamitas quasi cadamitas. Uel ideo vita ꝛ calamitas est dicta. q2 mulier sepe est viro causa salutis. ꝛ sepe calamitatis ꝛ mortis origo quod est ve. Quare eua fuit facta de costa ade dicā in mulier. in m. lrā.

Euagino nas in vagina vide.

Euan tis. mascu. ge. id est bachus dictus sic a voce sacrificantum p̄clamātium euoe. Uel dicit̄ ab eu quod ē bonū. Item euan tis. q̄si bon9 de9

Euangeliū. bona annunciatōe interp̄tat̄. Grece enī eu bonum. latine angelus nūcius interp̄tat̄ s̄m Papiam. Hug autē di. q̄ angelus dicit̄ ab agyos. i. sanctus Inde dicit̄ hoc euangeliū. i. annūciatō quod cōpo. cum eu. q̄d est bonū u. vocali ꝯuersa in ꝯsonantē. ꝛ fit euangeliu3. i. bonum nunciū. Unde hic euāgelista ste. q̄ euāgeliu3 cōposuit. ꝛ euangeliso sas. i. euangelium annūciare. Unō patet q̄ euāgeliū scribit̄ p simplex u. Et vt dicit hiero. in epistola ad gal'. Non debemus putare in vbis scripturarum esse euangeliū. sed in sensu. nō in supficie. s3 in medulla. non in sermonū folijs sed in radice ratōis. Ite3 in originali sup. xiij. marci. In euangelicis inquit s̄monibus semp litere iūctus est spirit9. ꝛ quidq̄d p̄mo frigere videt̄ aspectui si tetigeris calet. Uide in theolog9 Item de quattuor euāgelistis figuratis p quattuor facies in ezechieli dicam in marcus

Euanidus in vanidus est.

Eubasis vel ebasis sine u. s̄m q̄sdam. vide ī ebasis et in q̄rta pte in cap̄. de colorib9 rhetoricis

Eucaris. eu. quod est bonū compo. cū caris q̄d est gratia ꝛ dicit̄ hic ꝛ hec eucaris huius eucaridis. i. homo bene gratiosus ꝛ corri. ca. Eccle. vj. ꝛ lingua eucaris in bono homine abundabit

Eucaristia. Caris quod est gratia compo. cum eu. q̄d ē bonum. et dicit̄ hec eucaristia stie. i. bona gratia. vel gratiarumactō. Unde etiā eucaristia d2 sacramētum panis et calicis. s. sacrificiū corpis ꝛ sanguinis xp̄i. q̄si bona gratia. Quid est enim melius. quid gratiosius corpe ꝛ sanguine xp̄i. certe nihil. Unde eucaristo stas. i. gratulari. vide in missa. et in ꝯmunio.

Euchius ab eu quod est bonu3 ꝛ chios filius. compo. hic euchius chij. s. bachus id est bonus filius. quo noīe eum iupiter nominauit cū gigātem interfecit. Ul' poti9 cōpo. euchius ab eu. ꝛ yos quod est filius ꝛ intponit̄ ch

Eudoxia xie. fe. ge. i. bona gloria. claritas. Et componit̄ ab eu quod est bonū ꝛ doxo quod est gl'a. q̄si bona gl'a.

Eudulia lie. fe. ge. ꝯpo. ab eu. q̄d est bonū ꝛ dulia q̄d est s̄uitus. Inō hec eudulia lie. q̄si bonū s̄uitium.

Euētus Ab euenio nis d2 hic euentus tus. i. cas9. finis p̄ncipiū. Unde Ouid. epy. Exitus acta pbat careat successibus opto. Quisq̄s ab euentu facta notanda putat. De p̄dictis trib9 significatōnibus di. q̄dam. Euētus dic p̄ncipium fine3 quoq3 casum

Euestigio. i. cito ꝛ continuo. statim. ꝛ compo. ab e. et vestigium s̄m hug. sed dic q̄ in v̄itate non est hic compositio. sed irregularis vocū ꝯgeries. et hoc ideo. q2 casus cū sua p̄positōne fungit̄ loco aduerbij. vel aduerbialis determinatōis. Unde possunt casualia cum suis p̄positionibus ad interrogatōnes aduerbioꝝ respōderi. vt quo vadis ad vrbem. quādo facies hoc. euestigio. id est cito vel statim vel mox.

Eueus filius chanaā. a quo dicti sunt euei. Ipi sunt et gabaonite. de ciuitate gabaon. q̄ supplices venerunt ad iosue. ꝛ acuit penultimā eueus

Eufemia mie. i. bona fortuna ab eu q̄d est bonū Unde quedā v̄go dicta est eufemia. q̄si bene fortunata.

Eufonia in p̄sa acuit penulti. in colorib9 rhetoricis est in quarta pte ꝛ fortuniū.

Eufortuniū tunij. i. bonū fortuniū ab eu quod ē bonu3

Eufrates hui9 eufratis vel eufrate mas. ge. ꝛ hoc eufrate huius eufrates. fluuius est mesopotame. de paradiso exiēs copiosissimus gēmis. q̄ p mediā babiloniā influit hic ab vbertate nomē accepit. Na3 hebraice eufrata fertilitas interp̄tat̄ Mesopotamiā in q̄busdam locis ita irrigat sicut nilus alexandriā et pducit penul. Lucan9 Tigeris ꝛ eufrates vno se fonte resoluunt Itē aurora Frugifer eufrates natat hic q̄ plurima p̄fert De vltima āt sillaba pōt dubitari quomō accētuet̄ Ad hoc dico q̄ eufrates tis et casus ab eo descēdentes nō debēt in fine accentuari Sed hoc eufrate tes et casus ab eo venientes debēt accentuari in fine sicut in penthecoste stes Eufratem quādo scribit̄ p m. descendit ab eufrates tis. ꝛ sic nō accentuat̄ in fine. sed quando scribit̄ p n. descendit ab eufrate tes. et tunc acuit̄ in fine sicut penthecosten. et sic de

Eufrateus tea. teū dicit̄ ab eufrates flu sillib9 dicas. uius sed euffrateus p duo f. ab effrata venit. vide supra

in effrateus.et acuit penultima.
Euge aduerbiū est. potest etiā quādoq3 esse interiectō 7 est euge aliquādo exultatoriū vel exultātis Mathei. xxv. Euge serue bone 7 fidelis.q2 sup pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā intra in gaudiu3 domini tui. euge id est bene tibi sit.fm Crisostimū. Uel fm rabanū. Euge dicit quasi ad bonū genitus.ab eu quod est bonū et genitus.7 videt esse compositō sed poti9 ē ethimologia. et sic est exultatoriū vt dixi vel applausoriū. Glosa aūt di. Gaudēs domin9 in gaudiū intrare iubet. 7 sic est ꝯgaudēns Item euge aliquando est irrisoriū. Psal. Dilatauerunt sup me os suum et dixerūt mihi euge euge vide runt oculi nostri ꝛc.7 sic est euge irrisoriū vt dixi.vl' exprobatorium siue exprobrantis. Itē euge est exhortatorium. Propheta. Non dicāt in cordib9 suis euge euge anime nostre.nec dicāt ꝛc. Item euge aliquādo est adulatoriu3 Psal. Ferant ꝯfestim ꝯfusionem suam q̄ dicunt michi euge euge. Inuenit etiā euge aduerbiū positū nominaliter p adulatōne vel adulatoria laude.vnde psius. Euge tuū 7 velle nam velle hic excute tuū.quasi dicat excute.i.remoue.tuū euge.i.tuā adulatō3 7 tuū velle.
Eugenes penul.cor greci dicūt qd nos ingenuos uel nobiles.i.boni generis dicim9
Euidēs ab e.7 vidēs compo.hic 7 hec 7 hoc euidēs tis ge.omis.i.clarus vel aptus 7 cōpat. vnd hec euidentia tie.i. aptio vel claritas. Et compo. cū in et dr ineuidens ge.omis id ē obscurus vel inaptus.7 siliter ꝯpat. Ind in euidētia tie.i.obscuritas.7 cor.vi
Euilat filius chus.a quo getuli.i.mauri Ite3 euilat dr ꝓprium terre fm Papiam
Euiro ab e.7 viro2 compo.euiro ras penul.ꝓducta debilitare.eneruare. Item euiro ras potest cōponi ab e. et vir.7 tūc cor.penul. 7 ē euirare.i.castrare debilitare
Euitaneus nea neū.in euum exponit
Euiternus in euum vide
Euito tas taui tare.i.valde vitare.vel euidente2 vitare vnde hic 7 hec euitabilis 7 hoc le.vnde euitatus ta tu3. id est valde vitatus vel euidēter vitatus. Item euitatus potest cōponi ab e 7 vita.et tūc euitatus.i. vita p̄uatus vnde di. Pap. Euitat9 vita p̄uatus.i.pteritus.
Eulogiū gij.ab eu bonum.7 logium.et est eulogiu3 sapientia vel bona fama.vel testimoniū vel cantus. Ite3 eulogia dicunt laudes electe.7 summati collecte.vt siqs in ymagine alicuius laudes scribat eulogia dicunt. Itē ab eu quod est bonum.7 logos cōponit hec eulogia gie et sunt eulogie benedictōnes.salutatōes. 7 bone donatōnes. Unde in decretis.xvi.dis.de eulogijs ad sacra cōcilia constitutis.et hinc eulogicus ca.cū.et eulogius gia gium.id est benedictus
Eumenis dis.fe.gene.furia infernalis.quasi ī bono deficiens.ab eu quod est bonum 7 mene defectus.7 corri. penl. Und Grecism9. Eumenides q2 deficiūt bonitate vocant.
Eunucia cie.in eunuc9 exponit
Eunucizo zas in eunucus est.
Eunucus ci.mas.ge.grecū est id est spado.7 hinc eunucizo zas.7 eunuco cas.i.eunucū facere.7 hec eunucia cie id est facies. Sed pl'aliter eunucie arū.sunt delicie. et videt esse ꝯpositū eunuc9 ab eu qd ē bonū.7 nice victoria.

Euo euas.i.insanio 7 euare inuenit p euacuare 7 fugere et dicitur ab euan tis.
Euocatō est q̄dam figura allothece que ꝯtinet sub sinthesi.de qua dixi in quarta pte in capitulo de allotheca vbi egi de sinthesi.
Euphemismos.vide in coloribus rhetoricis.
Eupolis. Eupoleos grece latine eupolis facit.id est bona ciuitas.sic 7 similia fm Pap. 7 compo.ab eu qd est bonū 7 polis ciuitas 7 est fe.ge.7 cor.po.
Euprepia pie.pulcritudo decor fm Pap.
Eurip9. Ripa componit cū eu qd est bonū. et dicit hic eurip9 pi.i.maris estuatō.vel loc9 in mari piculos9 Unde sic dicit quasi bona ripa p ꝯtrariū. Boeti9. Estuāns more fert euripi.fm hug. Pap vo dicit. Eurip9 ē reductio maris vel aquarū.qd fit fm crementū vel decrementum lune.7 producit ri
Euroauster stri.mas.ge. ventus collateralis ab austro sic dict9.q2 sit inter eurū 7 austrū.7 cōpo.ab euro 7 aust. Inuenit etiam euroaqlo. vide in triphonicus
Europa fuit filia agenoris regis libie quam iupiter ab africa raptā cretā aduexit.7 ab ea terciam ptem mundi europā vocauit. Unde europius pia piū. 7 europicus ca.cū. Et nota q tres sūt ptes mdi.s.europa.libia.et asia de qbus Lucanus in sexto. Europā miseri libiā asiā3q3 timere.
Eur9 ab eos eoy dr hic eur9 euri.vent9 flās ab oriēte.q̄si ab eoo ruēs. vide in triphonic9
Eus vocantis aduer.ē.vide supra in eu.
Eusebia bie.i.pietas vnde eusebius.i.pius 7 est cōpositum eusebia ab eu quod est bonū.7 sebes quod est pietas Unde fm compositōem eusebia.id est bona pietas Hinc etiam grece ciconia dicit eusebes id ē bone pietatis auis. Fert enim q sicut alit a parētib9 dum parua est ita postmodū senes parētes alat.et cor.bi.fm vsum.vide de hoc in ciconia
Eustochiū Tuchis quod interptat fortuna componit cū eu quod est bonū.7 componit hoc eustochiū id ē bene fortunata et est fe.ge. q2 q̄litas vocis essentiā rei non mutat.
Euticiani q̄dam heretici dicti ab eutice cōstantinopolitano abbate.q xp̄m post humanā assūptōnem negauit existere in duabus naturis. s3 solā diuinam asseruit in eo esse naturā et ꝓdu.a.
Euum ab hoc infinitiuo esse hoc euu3 dicit id ē seculū vel temp9 vel spaciū quod cū mūdo cepit esse. Euum etiam est p̄sentiarius stat9 omniū que sunt et fuerūt et futura sunt id est in cui9 p̄sentia sunt omnia p̄terita et futura tanq3 p̄sentia Unde euitern9 na num Et euitaneus nea. neū id est ꝑdurabilis

E ante X

Ex.modo p extra accipit. vt excludo exlex. Modo priuatiuum est. vt explico exoro Modo intentiuum vel perfectiuum est vt exoro explico efficio extendo Item ex ppositio interdū p valde accipit sicut excelsus Interdum p extra vt exul fm Pap Cū qbus aūt literis in cōpositōe ponat ex et cum qbus e.dixi supra in p̄ma pte de sillaba vbi egi de hac litera x. Que aūt sit differentia inter de et ex habes in de.
Exacerbo bas componit ab ex et acerbo bas quod nō

est in vsu.et ē exacerbare vuas acerbas colligere exasperare
Exacero ras.i.ab acere purgare ab ex 7 acero componit.7 corripit ce
Exactio onis. fe.ge.iniusta petitō. Et deriuat ab exigo gis actū tu.u.in i.7 addita o fit exactō
Exactor Ab exigo gis dr hic exactor toris.i. iniust9 petitor.
Exactus cta.ctū.vide in exigo gis
Exaggero ras raui.ꝯpo.ab ex 7 aggero ras. Et ē exaggerare valde aggerare.atollere maius facere.sicut ē illd euāgelij. Et tu caphernaū que vsq3 ad celu3 exaltata es Non qdem vsq3 ad celum caphernaū exaltata erat.sed eius nimiam supbiā exaggerat.
Exalage. continet sub sinthesi.vide in quarta pte in capitulo de coloribus rhetoricis
Exalto tas.i.in altū tollere ab ex 7 alto tas.
Examen minis.i. filū mediu3 quo trutina 7 statera regitur 7 lances equant. Unde 7 in lāceis amētum dr.vel examen dicit lingula q̄ in foramine trutine vtit huc 7 illuc fm quā ꝯsiderat equalitas ponderatorū. vnd et examen dicit iudiciū discretō.pbatō. inqsitō. Examē etiā dr apum ꝯgregatō. 7 p trāslatōem hominū.vnd examino nas naui nare.i.pbare equalit iudicare vel discutere. 7 diligent inquirere inuestigare.
Examussim aduer.compo.ab ex 7 amussis qd est plumbatum cemētarioꝝ Et inde examussim aduer.i. valde sine dubitatōe.7 omnino sine dubitatōe. Nam p̄positō i hac cōpositōne auget.vnde p̄stianus. vides ergō per se ipsam sillabam deficere p̄dictorū ratōe. nec alit posse examussim tractari nisi posita sit in dictōe
Exando clas.i.haurio vide in anclo clas.
Exancoro ras.i.ancorā euellere.nauē dissoluere 7 componit ab ex 7 ancoro ras 7 est verbū actiuū vel pōt componi ab ex 7 ancora ancore.
Exanguis ab ex et sanguis cōpo.hic 7 hec exanguis et hoc exangue.huius exanguis.i.extra sanguinē vel pallidus.et est triū sillabarū tam in ntō q3 in genitō
Exanimus.et exanimus dicit.7 cōponit ab ex 7 animus
Exanimo mas maui mare.id ē debilitare pterrefacere.ab ex 7 animo mas.vnde exanimatus ta tū id est debilitatus.pterrefactus.ꝯsternatus. Hester.xv. Et pene exanimata est. vide in animus
Explois.dicit ab exa quod est sex.7 plois qd est plica quasi sex habēs plicas.i.sex colūnellas. et fm q̄sdam debet pferri exaplis quod est triū sillabarū Dy enī est dyptongus greca que sonat i. tam apud nos q3 apd grecos Hieronimus in plogo iosue.vt p grecorū exaploijs. que et sumptu 7 labore maximo indigēt. editōnem nostram habeāt.7 ponit exaploijs hic p sex exemplaribus vel interpratōnibus
Exaro ras.i.describere.vel valde arare ab ex et aro aras ꝯponit.et corripit a.
Exartuo as.i.diuido ab ex et artuo as.cōponit
Exascio as.i.dolare ab ex 7 ascio as
Exaspero ras raui ab ex et aspero ras compo. 7 est exasperare.exacerbare vel cōmouere vel facere asperū.
Exautoro ras.vnde exautorat9 ta tū.in autoro as uid
Excādesco scis.inchoatiuū.i.incipio cādeo des.addita co fit excādesco scis ab ex et cā
Excaturio sas in scaturio exponit

Excauo uas penul.cor.ab ex 7 cauo uas vbū actiuu3 Job.xiiij. Lapides excauāt aque.
Excedo dis.excessum excedere.exire.extra cedere.7 excedo.i.excello vl'trāscēdo vel supo 7 ꝓdu.ce.
Excedra dre.ab ydor vel ydros.quod est aqua.dicitur hic ydrus vel hec ydra serpēs aquatic9. De ydra legitur q fuit draco multorū capitū q̄lis fuit in lerna palude prouincie archadie. Hec latie excedra dicit.q2 vno ceso tria capita excrescebāt. S3 hoc fabulosum est. Nam cōstat ydram locum fuisse vomentē aquas vastātes ciuitate3 vicinā. in quo vno meatu clauso mlti erūpebāt. Quod hercules vidēs loca illa cōbussit.7 sic aque meatus clausit. vnde 7 ydram dicit interfecisse. Et scias q in aliqbus libris scribit excedra p d.7 tunc est ethimologia. excedra quasi excelsa ydra.in aliqbus p t.excetra q̄si excelsa tria et ista lrā cōmunior est.7 habet mediā naturalit produ. Excedre aūt cōpat hieronimus emulū suū.ppter detractōnis sibilum.vel forte q2 quādo aufert vna via detrahendi inuenit detractor aliā viam vel plures. Unde in plogo esdre dicit hieronimus. Itaq3 licet excetra sibilet victorq3 sinō incēdia iactet. Sinon autē fuit quidā proditor cuius insidijs capta fuit troya.7 ideo dicit victor. cui compat hieronim9 emulū suū detractōis incēdia iacientem.
Excelleo les.in excello lis vide
Excello. Cello lis.vel celleo les compo.cum ex 7 dicit excelleo les lui.vel excello lis culi vel lui.culsum vl'celsum Excelleo neutrū est 7 absolutum.7 construit tantū cum ablatō. vt iste excellet sapiētia. Excello lis trāsitiuū ē. et construit cum accusatō et datō in eodem sensu: vt iste excellit illū.et fm hoc est actiuū.et iste excellit illi.et ē ide3 sensus.et fm hoc est neutrū.vnde excellēs generis omis et hec excellētia tie
Excelsus. Celsus ꝯpo.cū ex.et dr excelsus sa.su3.et compatur.excelsus sior sissim9.vnd excelse sius sime. Et hec excelsitudo nis.i.altitudo sublimitas
Excēdo dis.i.valdē accēdo ab ex 7 candeo des
Exceptorius ria.riū dr ab excipio pis. Exceptoria sunt q̄ excipiunt vel debēt excipi
Excerpo pis cerpsi.cerptu3.i.extra carpe.eligere.extrahere et compo.ab ex 7 carpo pis
Excessus sus.ab excedo dis.
Excetra tre.vid in excedra
Excidiosus sa su3.i.plen9 excidio et dr ab excidiū dij
Excidiū cidij.i.destructō vel euersio vel casus 7 potest driuari ab excedo dis id ē dstruere vel cedere.et dicit ab excido cidis.p cadere Et fm hoc antepenul. cor.siue ci
Excido dis di.sum.i.extra vel valdē cedere vl'destruere vel euertere.et compo.ab ex et cedo dis.cecidi et ꝓducit ci vbiq3. Itē excido dis cidi.pōt componi ab ex et cado dis.et tūc caret supīo et cor.ci vbiq3 Et ē excidere. extra cadere vel ex aliquo cadere.
Exciduus dua duū qd facile cadit ab excido dis dicit.
Excieo es.ciui.citū.i.puocare. cōmouere. et compo.ab ex et cieo es.ciui.citū.7 cor.penul.istud supinum excitū et tūc ab eo descēdit hoc frequētatiuū excito tas penultima cor. Itē dicitur excio cis ciui.citum. et tūc excitu3 tu. penul ꝓducit.q2 A cieo citū non venit imo citum. et tūc ab eo deriuat excito tas penul.ꝓducta. Unde pat3 q in

illo responsorio cōgrue potest dici. Excita domine po/tentiā tuā. ita q penultima de excita sit lōga vel breuis.
Excillare.i.cum vxore esse.
Excindo ab ex ꝛ scindo dis ꝯpo.ꝛ abijcit s.x.pcedēte
Excio cis.ab ex ꝛ cio cis.vid in excieo cies.
Excipio ab ex ꝛ capio ꝯpo.excipio pis.excepi.Et ē exci/pere.eligere extrahere.extra cape.sup alia cape.recipe la/tent cape.inuadere.ꝛ ptinet ad insidiatores.
Excipulū li.i.venabulū ab excipio pis.q excipiat apꝛ
Excipuus a.ū.i.pcipuus ꝛ melior. ab excipio venit/ē pis q meliora solēt excipi ꝛ eligi qsi extra alia.
Excito tas taui.in excieo es exponit
Exclamatō exponit in qrta pte in ca.de colorib9 rhe.
Exclusor soris.mascu.ge.qui ꝛ exclusari9 dr.i.ianitor q foras excludit hoies.ꝛ dr ab excludo dis ꝛ pdu.clu
Excodico Ab ex ꝛ codex p trunco cōponitur excodico cas.Et est excodicare circa codicem id ē truncum apire terrā ꝛ velut lacū efficere
Excolēs ab excolo dr hic ꝛ hec ꝛ hoc excolens tis.q exco lit.vel purus ꝛ deliciose ꝛ diligēter parat9.ꝛ tunc cōpat excolēs tior simus. Vnd iohānes cassianus di. Excolē/tiores cibi aie nō adimūt puritatē si cum moderamie su
Excolu9 ta tū.i.bene cult9.ꝛ diligent ꝛ dicit manet ab excolo lis.ꝛ corri.li
Excolo las laui. Vnde excolans tis omis ge.i.purgās vel emittēs discutiēs. Mathei.xxiij. Excolantes culicē id ē minima discutientes.camelū aūt glutiētes.i. de ma/ioribus pceptis non curantes. Et cōponit excolo las. ab ex ꝛ colo las. Vide in colo las. Inuenit etiam excolo lis tercie ꝯiugatōnis ab ex ꝛ colo lis. Vide in colo las.et p ducit co.excolo quādo est pme ꝯiugatōnis. sed quando est tercie corripit
Excōmunicatio onis.vide in excōmunico
Excōmunico cas caui care.extra cōmunionē facio com/munione puare.ꝛ est actiuū ꝛ ꝯponit ab ex ꝛ cōmunico cas.vnde excōmunicatus ta.tū.ꝛ hec excōmunicatō onis
Et scias q duplex est excōmunicatō. Vna est minor q sepat tātum a pticipatōne sacramētoꝝ.sed non a com/munione fideliū.Et ideo tali excōmunicato licet cōmu/nicare sed non licet ei sacramenta ꝯferre. Alia est maior excōmunicatō et hec sepat hominē a sacramētis eccle et a cōmunione fideliū.ꝛ ideo tali excōmunicatōne excom/municato cōmunicare non licet. Sed q ecclia excōmu/nicatōnem ad medelā non ad iudiciū inducit.excipiunt ab hac generalitate quedā in qbus cōmunicare licet.scz in his que ptinēt ad salutē.q de talibus licite hō cuz ex/cōmunicato loqui potest. ꝛ etiā alia verba interserere. vt facilius salutis vba ex familiaritate recipiant. Excipi/untur autē quedā psone ad quas spēaliter ptinꝫ pulsio de excōmunicatis scz vxor.seruus.filius.rusticus et ser/uiens. Sed hoc intelligendū est de filijs nō emācipatis alias tenent vitare patrem excōmunicatū. De alijs au/tem intelligit q licet excōmunicato cōmunicare. si āte ex/cōmunicatōēꝫ ei se subdiderūt non autē si post. Quidaꝫ vero intelligunt ecōuerso.s.q supiores possint licite cō/municare inferioribus excōmunicatis Alij vō ꝯtrariū dicunt.sed ad min9 in his eis ꝯmunicare debēt in qbus sunt eis obligati.q sicut inferiores obligant ad obsequiū supiorum.ita supiores ad puidentiā inferioꝝ. Sūt etiā qdam casus excepti.sicut quādo ignorat excōmunicatō et quando aliq sunt pegrini.ꝛ viatores in terra excōmu/nicatoꝝ q licite possunt ab eis emere vel etiā accipe ely/mosinam.ꝛ similiter si aliqs videat excōmunicatū in neces/sitate.q tunc ex pcepto caritatis tenet ei puidere. Vnd vsus. Vtile lex humile res ignorata necesse. vt vtilitas referat ad verba salutis.lex ad matrimoniū. humile ad subiectōnem.cetera patēt. In qbus autē vitandus sit ex/cōmunicatus patet in his vsibus. Si p delictis anathe/ma qs efficiat. Os orare.vale.cōmunio.mēsa negat.
Excōsul in consul est
Excors ab ex ꝛ cor cōponit hic ꝛ hec ꝛ hoc excors dis.i. iners fatuus insipiēs.et dr excors dis omis ge. qsi extra cor.Et in eodem sensu cuꝫ c.et dr ecors dis omnis ge.qsi sine corde. Vnde Horatius in epy. Sub domina mere/trice fuisset turpis et excors
Excremētum.est quod superexcrescit. vt in arboribus qd putat.seu quod expuim9 sm Papiā ꝛ dicit ab excresco scis.vel ab excreo
Excreo as aui.are.id est expuere ꝛ pijcere.ꝛ compo.ab ex et screo as.ꝛ abijcitur s. pcedente x.
Excretus ta.tū. penul.pdu.dr ab excresco scis.
Excubie aꝝ.i.vigilie custodie.insidie.ꝛ deriuat ab excu
Excubo bas.i.vigilare causa custodie.qsi bo bas extra cubare. quod faciunt qui ciuitates vel castella vl castra custodiunt de nocte.ꝛ componit ab ex ꝛ cubo as. Potest.etiā dici excumbo bis.ab ex et cumbo bis.in eo/dem sensu et corr.cu excubo bas vide in cūbo bis. Excu/bare etiā sm pap dr p forib9 inuigilare
Excudo dis di.cusuꝫ cudere.i.feriēdo eijcere.i.extra cu/dere.et ꝯpo.ab ex ꝛ cudo dis et pdu. cu.
Excurso sas vbum frequē.ꝛ format ab excursu supino de excurro ris. u.mutata in o.
Excuso sas. saui.sare.qsi extra cusionem ponere.qsi nō cudere. Vel excutere dicit qsi frequenter cudere.vt ille q excusat sit extra malā famam.ꝛ cōponit ab ex et cuso as quod est frequē.de cudo dis.cusu Et scias q hō mlti/pliciter et libēter se excusat. Vnde dicit Bernhard9 de gradibus humilitatis.multis modis fiūt excusatōes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat non feci.aut fe/ci benefeci.aut si male non multū male. aut si multū ma/le.non mala intentōne. Si aūt ꝛ de illa. sicut adā ꝛ eua. cōuincit aliena se nitit excusare psuasione. Sed sic pca/citer etiā apta non defenderet.quādo occultas et malas cogitatōnes cordi suo aduenietes humilit reuelaret ab/bati. vide in vbi. Et addit Bernhardus. Licet enim ge/nera hec excusatōnis eatenus male iudicent.quatenus ore pphetico verba malicie appellātur.multo tamē picu/losior est fallax atqꝫ supba ꝯfessio. qꝫ puicax ꝛ obstinata defensio. Nonnulli enim cum de aptioribus arguūtur scientes q si defenderēt non crederet.subtilius inueniūt argumētum defensionis.verba respōdentes dolose cō/fessionis. Est quippe vt scriptū est. qui nequiter humili/at se. Et interiora eius plena sunt dolo Vultus demittit.ur.psternitur corp9. aliquas sibi lacrimas extorquent si possunt vocem suspirijs.verba gemitibus interūpūt. Gloriosa res est humilitas. qua ipa quoqꝫ supbia pal/liare se appetit ne vilescat. sꝫ hec cito tergiuersatō a prela/to depꝫhēditur. si ad hāc supbā culpā non differat penaꝫ. Vasa figuli pbat fornax.ꝛ tribulatō vere penitētes dis/cernit. Qui enim veraciter penitet laborē penitētie nō ab/horret. sꝫ quidqd sibi p culpa quā odit iniungit tacita cō/sciētia patiēter amplectit.
Execro ab ex ꝛ sacro cras ꝯponit execro cras. sꝫ frequē/tius inuenit execror craris.in deponēti.ꝛ ē execrari.ma/ledicere.excōicare.extra sacrū facere. et corr. e. siue pnlt
Exedra dre.i.cathedra thronus sedes.sella.suggest9.ul exedra est camera secreta.vel locus thesauri. vl loc9 sub/sellioruꝫ.i.absida vl camera. vel locus qdam sepat9 mo/dicum a ptorio vel a palatō.vel exedra genus fenestre q exterius dilatat. sꝫ interius coartat. Itē inuenitur exe/dra p gazophilacio.ꝛ etiā p thalamo.ꝛ corr.penul.
Exēplum. Ab ex ꝛ amplus pla.pluꝫ.dicit hoc exēplum quod fit ad instar alterius. vnde hoc exēplar aris.ad c9 similitudinē fit. vnd exemplo plas. vbum actiuum.vnd quidā. Exēplar genus est.exēpluꝫ quod trahis ind. Vl exēplar liber est exēplum quod trahis inde. Et est exem/plum alicuius dicti vel facti pteriti ppositō cuꝫ certi au/toris nomie. vt omēs p supna patria laborare debemus sicut fecit apostolus q tot vbera passus est. Itē exēplum est quedā spēs argumētatōnis ꝛ sm hoc exēplum ē quā/do fit pcessus ab vno pticulari ad aliud. vt athenienses pugnare contra thebanos ē malū ergo thebanos pug/nare cōtra focēses est malū.
Exempt9 ta.tū.dicit ab eximo mis.ꝛ dicit exemptus.sub/tractus.sublatus extract9.qsi ex aliquo empt9.i.tractus
Exenium.ab exenos quod est pegrinū dicit hoc exeniū nij.munus puum. ꝛ quodcūqꝫ munus mittit alicui qd vulgo dicit ꝛ gallice psent. ꝛ componit hoc exeniū p eo/dem sm hug. Pap di. Exenia pmia. dona. munera be/neficia. Eccle.xx. Exenia ꝛ dona.excecāt oculos iudicuꝫ.
Exensis. Sēsus componit cū ex.et dicit hic ꝛ hec exēsis ꝛ hoc se.i.extra sensum
Exentero ras raui rare.qsi exintrare dicit.i. q intra sūt extrahere. Exentera.n.dicunt intestina q sic dicunt qua/si exintra.ꝛ corr.penul.exentro
Exequie. Ab exequor queris. dicit he exequie qaꝝ offi/cium mortuoꝝ.ꝛ obsequia q fiunt circa sepulturā. vnde hic ꝛ hec exequialis ꝛ hoc le.ad exequias ptinēs.vel res
Exaequo quasi quaui qre.ab ex ꝛ equo eqs exeqarū. et scribit p ae dyptongū exaequo.
Exequor Ab ex ꝛ sequor qris componit exequor qris id ē extra alia sequi.aliquid pficere ad effectum ducere. instare ad aliquid faciēdum. Vnd executō dicit effect9. et abijcit s.pcedēte x.ꝛ cor.e.exequor.
Exerceo ces cui citū.ab ex ꝛ arceo ces.ꝛ est vbū actiuuꝫ Et ē exercere opari expiri extra arcere.
Exercito ab vltimo supino de exerceo ces exercitu u.in o.mutato fit exercito tas.frequē. vnd exercitatus ta.tuꝫ Et nota q exercitus dicit pprie defatigat9. Sꝫ exercita/tus artibus assuet9 ꝛ instructus
Exercitus. Ab exerceo ces dicit hic exercitus tus id est collectō hominū in expeditōne. vnde dicit hoc exercitiū cij.et adiectiue exercitus ta.tū. ꝛ dicit exercitus pprie de/fatigatus.ꝛ scribit p t.in penultima exercitiuꝫ. sꝫ t. habet sonum de c.
Exermus Ab ex ꝛ arma componit hic ꝛ hec exermis et hoc me.i.extra arma.ꝛ exermus ma mū. idē
Exero ab ex ꝛ sero ris componit exero ris. rui. tum.id ē foras emittere vel nudare manifestare. vnd exerto tas frequē. Et exertus ta.tū ꝛ corr.penul.exero ris
Exesus. Ab exedo dis qd compo.ab ex ꝛ edo dis dr ex/esus sa.sum.i.corrosus.extra vl valde esus.ꝯsumpt9.eua/cuatus.ꝛ pdu.penul.exesus.
Exhalo las.ab ex ꝛ halo las: componit exhalo las lui. re.id ē foras emittere.redolere vel de vita recedere ꝛ est neu.sicut ꝛ suū simplex ꝛ pducit ha
Exhaurio ris ab ex ꝛ haurio. in haurio vid
Exhaustus sta stū.id ē ꝯsumptus euacuat9 extenuat9 ab ex et haurio ris et componit cū in.et dicit inexhaust9 id est non exhaustus.
Exhebenus m.fe.ge.qdam gemma pciosa ꝛ cādida qua aurifices aurū poliūt ꝛ cōpo.ab ex ꝛ heben9
Exheredo das Ab ex ꝛ heredo das. componit ꝛ pdu. re.vide in heredo das.
Exhibeo bes bui.bitū.cōpo.ab ex ꝛ habeo et corr.bi.et ē exhibere ostēdere vel psentare vel dare.
Exhortor taris ab ex ꝛ hortor cōpo.in hortor vide
Exitialis.in exitiū ē ꝛ pdu.a.
Exiniolū li.di.puum exitium
Exitium. Ab exitus dr hoc exitium tij.i.tormētum vel mors clades.calamitas.casus aduersus.exit9 mal9 Vn/de exitiosus sa.sum.ꝛ hic et hec exitialis ꝛ hoc le. piculo/sum vel quod infert exitium.
Exigo. Ago componit cū ex.et dr exigo gis.egi. actum. quod habꝫ quiqꝫ significatōnes. Nam exigere.i.expelle/re.et exigere.i.pficere.et exigere.i.iniuste petere. et exige/re quādoqꝫ simpliciē ponit p requirere vel.petere.et exi/gere id ē extra vl vltra agere.ꝛ exigere.i. diuidere. Vnd exactus cta ctū. Scdo mach.vltimo. Sicut enim vinuꝫ sp bibere. aut sp aquam contrariū est. alternatim auteꝫ vti delectabile. ita legētibus si sp exactus sit smo nō erit gratus. Exactus.i.pfect9 exquisit9 delectabilis
Exiguus. Ab exigo gis quod est diuido dis.deriuatur exiguus gua.guū.i.puus. quod enim ē exiguū alterius egꝫ suffragio sm hug Pap vō di. Exiguus inbecillis i/firmus multum egēs puus
Exilio lis liui vel lui exultū exilire.i. extra vel valde sali/re. vnd exulto tas et componit exilio ab ex et salio.salis. Vide in salio salis.
Exilis Ab ex et hilus vel hilum cōponitur hic et hec ex/ilis et hoc le id ē tenuis et macer. vel exilis quasi sine ili/bus.nō enim exilis videt habere ilia Vel exilis dr ab ex/eo q possit quasi sup angustum exire. et compat exilior exilissimus vnde exilit exilius sime aduerbiū Et hec exi/litas tatis id ē tenuitas et pducit exilis penultimā et vi/det esse aspirandū quādo componit ab hilus sꝫ alias nō Vnde Horatius in epistola Exilis domus est vbi non multa supsunt.
Eximius ab ex et imus componit eximius mia mium et dicit eximius quasi extra unā positus scꝫ maximus p/clarus nobilis sublimis et habet vim suplatiui vnde cō/struitur cum genitō plurali vt dauid eximius pphetaꝝ

vel cōponiť ab ex quod est valdē ⁊ eminēs Unď eximius id ē valde eminēs. Et hec iunctura eq̄pollet suplatiuo. et ita significatōez suplatiui ꝯtrahit a suis cōponentibus. Et cōpatur p supletōnez. cū non habeat vim suplatiui. eximius magis exim⁹ eximijssim⁹. vnď ⁊ hec eximietas tatis id ē sublimitas: magnitudo nobilitas claritas.

Eximmutuo as. aui are. cōpo. ab ex ⁊ īmutuo as. et ē eximutuare depaupare paupem facere.

Eximo mis mi. emptū eximere. i. auferre vel extrahere. et diciť eximo q̄si extra emo. i. traho ⁊ cōpo. ab ex ⁊ emo mis. ⁊ corri. penulti. eximo

Eximpuiso non est dictō cōposita. sʒ q̄dam irregularis vocū ꝯgeries fungēs loco vnius dictōis. sicut dixi in tercia pte vbi determinaui de figura ꝯposita nōis

Exinanio nis. niui. cōpo. ab ex ⁊ inanio nis. ⁊ ē exinanire adnichilare depmere. euacuare. diminuere. ⁊ pdu. a. Unď apostolus ad philip. Exinaniuit semetipm. formā serui accipiēs. i. ex misericordia sua quodďaʒ īane suscepit scʒ formā serui. i. naturam humanā que est quoddam īane respectu diuinitatis.

Exintegro. in integer vide

Existimo ex cōponiť cū estimo. ⁊ ďr existimo mas. i. putare. vnde hec existimatō id est putatō vel illese dignitatis status. fama ⁊ morib⁹ acq̄situs.

Existo stis. extiti re. ab ex ⁊ sisto stis. Et est existere pmanere extra stare. vide etiā in sisto

Exitus. Ab exeo exis ďr hic exitus tus. ⁊ sīgficat multa Nam exitus. i. finis. Unď Ouid. epy. Exitus acta probat careat successibus opto. Quisq̄s ab euentu facta notanda putat. Itez exitus id ē mors. Itē exitus. i. egressus vnď ppheta. In exitu isrľ de egipto ⁊c.

Exlex gis. ge. oīs. i. sine lege. extra legē ab ex ⁊ lex gis. cōponiť. Et vt di. pstian⁹. L. sequēte x. inueniť in hoc noīe exlex. ⁊ pdu. le. ⁊ desinit in ex. naturaliť pductaʒ

Exoccupo pas. i. expedire. ab ex ⁊ occupo ⁊ corri. cu

Exodiarius In exodiuʒ vide

Exodiū ab ex ⁊ oda quod est cātus cōponiť hoc exodium dij. id est pmus cantus initiū cantilene ⁊ hinc hic exodiarius rij. i. pcentor q̄ cantū incipit ante alios. Et exodiarius. ria. rium. ad exodiū vel ad exodiariū ptinens.

Exodus. Odo quod est via cōponiť cū ex ⁊ diciť hic exodus di. i. exitus. quasi itus vel viatō extra. ⁊ hinc q̄daʒ liber ďr exodus. q̄ ꝯtinet exitū vel egressuʒ ꝑli isrľ de egipto. et corripit penul. exodus

Exoleo les leui vel lui. exoletū. vel litū. id est crescere ab ex ⁊ oleo oles cōponitur. in oleo les vide. Papias uero dicit. Exoleuit. i. in obliuionē venit defecit. corrupt⁹ est. et corripit o. ante l.

Exoletus Ab exoleo les. dicitur exoletus ta. tū. idē excretus nutrit⁹ vel adultus. Plautus in empidico. Domi reliqui virginē exoletā. i. grandē. Itē diciť exolet⁹. ta. id est valde fetidus. ⁊ tunc cōponiť ab ex ⁊ oletus. id est fetidus. ⁊ est nomen

Exomnis. Ab ex ⁊ somnus componiť hic ⁊ hec exomnis ⁊ hoc exomne. id ē extra somnū

Exomologesis se. ge. grece latine interp̄tať confessio. ul' pces siue sit laudis vt cū diciť Mathei. xj. Cōfiteor tibi pater celi ⁊ terre ⁊c. siue sit peccatoꝝ. Et differt a letanijs q̄ interp̄tanť rogatōnes. q: exomologesis p sola confessione peccatoꝝ agiť. letanie aūt ppter rogandū deū ⁊ impetrandū in aliquo malo misericordiā eius fiūt.

Exorabilis ab exoro ras ďr hic ⁊ hec exorabilis ⁊ hoc le quod facile potest exorari scʒ ꝯcedere rogata. Et hinc exorabiliť aduerbiū Et cōponiť inexorabilis. i. nō exorabilis. vnď inexorabiliť ⁊ cōpantur

Exorcismus mi. i. increpatō vel ꝯiuratō aduersus dyabolū. vt recedat vnď hic ⁊ hec exorcista ste. i. coniurator vel increpator: inuocat eniʒ sup cathecuminos. ⁊ sup eos q̄ habēt spūm īmundū nomen domī nostri hiesu xp̄i. adiurās peum vt egrediatur ab eis. Et exorcizo zas. id est adiurare increpare sm hug. Pap̄. etiaʒ di. Exorcismus grece cōiuratō vel smo increpatōnis est aduersus dyabolū vt discedat. sicut est illud. Zacharie. iij. Increpet te dominus sathan. vide in ordo

Exorcista ste. in exorcism⁹ est.

Exordiarius Ab exordiū diciť exordiarius ria. rium. id est ad exordiū ptinens. Et hinc exordiarius rij. qui incipit vel exordiū facit

Exordior diris. exorditus sum vel exorsus sum. ab ex ⁊ ordior. et est exordiri incipe vel loqui. vnde exors⁹ sa suʒ id est locutus inceptus

Exordiuʒ. ab exordior diris diciť hoc exordiū dij. id est inceptō Itez exordium ďr pma pars orōnis in rhetorica Nam sm ysid. in li. ethimo. ptes oratōnis in rhetorica arte sunt quattuor. scʒ exordiū narratō argumētatō ⁊ conclusio Harū pma auditoris animū puocat Secūda res gestas explicat. Tercia fidem assertorib⁹ facit. Quarta finem totius oratōnis cōplectiť Et vt di. Pap̄ Exordium diciť pncipium oratōis quod orator in sua causa facit. in quo reddit auditores beniuolos dociles ⁊ attētos De exordio etiaʒ dixi supra in ep̄la

Exoria rie. fe. ge. i. nascētia ab exorior ris ďr.

Exors. Sors cōponiť cū ex ⁊ ďr hic et hec exors tis. id ē extra sortē et abijciť s. pcedēte x. Sap̄. ij. Nemo nostruʒ sit exors luxurie nostre id ē alien⁹ vel extra sortē.

Exorsus. in exordior vide.

Exosso sas saui ab ex et osso sas componiť et est exossare laniare discindere ossa extrahere. et est actiuum Ponitur etiaʒ p debilitare vľ infirmare Cū eni ossa sint corporis robur. q̄ ea aufert. corp⁹ debilitat.

Exosus sa sum. id est valde vel pfecte odiens et ꝯstruitur cum accusatiō. vt exosus bella id est odiēs valdē. Et ꝯponiť ab ex et osus vide in osus et sm Pap̄. Exosus ē qui aliquē odit Odiosus vō q̄ odiť.

Expando dis di passuʒ Unde illud Expassis in cruce manibus id ē extensis Inueniť etiā expansis quod sustinendum est Sed sm pstianū. pando patco patior sa: unt supinū passuʒ Et compo. expando ab ex et pādo dis vide in pando pandis

Expapillo Ab ex et papilla compo. expapillo las laui lare. id ē exoluere denudare et pprie papillas

Expassus sa sum. vide in expando dis.

Expatulor laris latus lari. verbū deponē. ab ex et spatulor laris qď deriuať a spatula Et est expatulari spatulam auferre vel frangere. et corripit tu

Expecto ctas ctaui ctare id est demorari sustinere prestolari. Expectať qui venturus est. Spectať qui videť vľ

Expectoro ras raui rare. expecto appiat sm Pap̄. rare ab ex ⁊ pectus cōponitur. ⁊ est expectorare exoluere firmaculum a pectore remouere.

Expedio Ab ex ⁊ pedica cōponitur expedio dis. diui. ditū. et est expedire liberare explicare exoluere quasi extra pedicā ponere. Et inde expeditus ta tū. id ē exolut⁹. liber pmptus. ⁊ cōpatur expeditus ditior. tissim⁹. Unď expedite tius sime. aduer. ⁊ hec expeditō onis. sicut dicimus aliquē esse in expeditōne. vbi hoīes liberi ⁊ pmpti efficiunť. Expeditus cōponiť inexpeditus ta. tū. Itez expedire. i. conuenire vel pdesse vel vtilez esse. ⁊ sm hoc semper inueniť impsonale expedit. vt ibi Expedit vobis vt vnus hō moriať p pplō. ne tota gēs peat. ⁊ corr. pe expedio is.

Expeditus in expedio est.

Expendo dis pensuʒ pēdere. i. expensas facere. ab ex et pendo dis. vnde hec expēsa se

Expergefacō cis. feci. factū. id est excitare vel facere. euigilare ⁊ ꝯpo. ab expgiscor sceris ⁊ facō cis. ⁊ acuiť fa.

Expgiscor sceris. experrectus expergisci. i. a somno euigilo. ⁊ ꝯponiť ab ex ⁊ pergo gis. quod cōponiť a per ⁊ rego gis. Unde di. pstian⁹. x. li. Expgiscor q: a pergo est exprectuʒ facit. quod scʒ cōponiť ex p ⁊ rego qď facit rectū. q:uis vetustissimi etiā expgitus dicebāt

Experior. Ab ex ⁊ pario componiť expior riris exptus sum. experiri verbū ꝯmune. i. pbare vel pbari. cognoscere temptare. cognosci vel temptari. vnde hoc expimētū ti. ⁊ hec expientia tie. ⁊ exptus ta. tū. q aūt expior compo natur a pario. patet p pstianū in. x. li. dicentē. Sunt etiā alia ex hoc ipō. i. pario cōposita deponētia expior opior quoꝝ pticipia exptus optus a pario ostēdunt esse composita. cuius pticipiū partus est. Et vult pstian⁹. vt ptʒ q expior sit vbum deponēs. Sed dic q olim expior fuit deponēs sed nūc est ꝯmune.

Exprectus ta. tū. est pticipiū de expgiscor vt in expergiscordixi. Ysa. xxix. Et sicut somniat esuriēs ⁊ comedit. cū aūt fuerit exprectus vacua est anima ei⁹.

Lito tas. taui tatū .i. sacrificare. Differūt tamen. Nam sacrificat q̄ sacrificiū facit. Litat q̄ sacrificium facit. et qd̄ sacrificō petit impetrat. Und̄ v̄balia litamē. litatō. lita/tor trix. Lito cōponit collito tas .i. simul litare. Delito. tas. id est valde litare. Perlito tas .i. pfecte litare. Pre lito tas. id est ante litare. Relito litas .i. iterū litare. Lito cum omnib⁹ suis cōpositis est actiuū ⁊ corr. hāc sillaba3 li. Unde theodolus. Egregio cecropi debet causa litan/di sed lis tis. pdu. li. Unde qdam. Ut ratōe lites. animi prius excute lites

Litoralis. in litus vide

Litote in quarta pte exponitur. in ca. de colorib⁹ rhe.

Litum supinum de lino linis. corr. primam. et inde lit⁹ lita. litum.

Litura a lino nis. d̄r hec litura re .i. deletō vel feditas .ii q̄liscunq3 sed maxime literaꝝ.

Litus toris. ge. neu. d̄r a ledo dis. Et est lit⁹ terra aque vel mari vicina. Et dicit sic a ledo q2 fluctu elidat vel il/lidatur. Uel deriuat a lito litas. quod est sacrificare. qa marinarij piculis marinis liberati in litore solent dijs marinis litare. Und̄ litus dictum est a litando. vnd̄ do natus dicit in cōmento sup v̄gilium. q litus dicit loc⁹ iu xta altare vbi fiebat litatō ⁊ mactatō bestiaꝝ. Seruius autē cōtradicit ei dicēs hoc non valere. q2 p̄ma hui⁹ no/minis lit⁹ pducit. Und̄ oui. in epy. Non pfecturis lito ra bobus arat. Sed p̄ma huius verbi lito corripit. hoc tamen magis est friuolu3. q2 sepe sillaba que pducit in p̄matiuo. corripit in deriuatiuo vel ecōuerso. Uel dicit litus a ligo. qa terram ligat. Unde et dicit litus quasi li gans ton. id est terrā. ⁊ est ethymologia. et inde litorcus/rea reū. et hic et hec litoralis et hoc le. et scribit l itus per vnū t. vt vult magister hū. Itē inuenit litus ta. tū et corr. li. a lino nis. leui. letum

Lituus a lito tas dicit hic lituus tui .i. cornu gracile. q2 eo puocabant ad litandum.

Lituus etiam d̄r bacul⁹ curuus quo augures vteban tur vel pastores. ⁊ tunc est ge. fe.

Liuens in liueo ues. exponit.

Liueo ues. lui. liuere .i. nigrere esse vel fieri liuidum. ⁊ ponit p inuidere. vnd̄ liuesco scis. inchoa. ⁊ liuidus da. dum. q est talis coloris vel inuidus Et compat liuidus dior dissim⁹. vnd̄ liuide dius dissime. aduer. ⁊ hec liuidi tas tatis. Item a liueo ues. liuebam bam. cōuersa in ns. fit hic ⁊ hec ⁊ hoc liuens tis .i. niger liuidus inuidus. Li ueo cōponitur colliueo. lui .i. simul liuere. vnde colliue sco scis. inchoatiuū. Liueo cum omibus suis cōpositis ē neu. ⁊ caret sup̄. ⁊ facit p̄teritū in ui. sillabā. mutat. n. e. i ⁊ pdu. hanc sillabā li. vbiq3.

Liuid⁹ da. dū. in liueo ues vide

Liuor a liueo ues. d̄r hic liuor uoris .i. liuiditas vel iui dia vel dolor vel vulnus hm hug. Papias v̄o dicit. Li uor est macula nigra. nigredo vel inuidia. Propter au tem liuor est plaga v̄garum. inflatō vulneris cū pallo/re. ⁊ pducit p̄mam. vnde ouid. Pascitur in viuis liuor post facta quiescit. Hic nota q sicut di. grego. in .v. li. mora. exponens illud iob. Paruulum occidit inuidia Inuidere nō possumus nisi eis quos nobis in aliq̄ me/liores putam⁹. Paruulus est q̄ inuidia occidit. q2 ipse nisi inferior existeret de bono alteri⁹ non doleret. Inui dia cum mentē tabefecerit. cuncta q̄ inuenerit bn̄ gesta consumit. vnde bn̄ p salomonem d̄r. Putredo ossiū in uidia q2 p liuoris viciū ante dei oculos peunt etia3 for/tia facta v̄tutu3. Ossa quippe p inuidiam putrescere est quedam etiā robusta depire. Sed cur hec de inuidia di cimus si nō etiam q̄liter eruat intimem⁹. Difficile nāq3 est vt homo alteri non inuideat qd̄ adipisci alter exop/tat. q2 quidqd temporale pcipitur. tanto minus fit singu lis quāto diuidit in multis. Et idcirco desiderātis men tem liuor excutiat. q2 hoc alter appetit. aut fundit⁹ alt ac cipiens adimit. aut a quāntitate restringit. q̄ ergo liuoris peste plene carere desiderat. illam hereditatem diligat quā coheredū numerus non angustat. q̄ ⁊ omib⁹ vna est ⁊ singulis tota. que tanto largior ostendit. quāto ad hanc pcipientiū multitudo dilatat. Imminutō ergo li/uoris est affectus surgēs eterne dulcedinis. ⁊ plēa mors cius est pfectus amor eternitatis. Nam cum mens ab eius rei appetitu retrahit. quē accipientiū numero pti. tanto magis pximum diligit. quāto min⁹ ex pfecto illi/us sua damna ptimescit. Que si pfecte in amore patrie celestis rapit. plene etiam ⁊ in pximi dilectōe solidat. qa cum nulla terrena desiderat. nihil est qd̄ eius erga pro/ximum caritati cōtradicat. Que nimiꝝ caritas quid est aliud q̄3 mentis oculus. q̄ si terreni amoris pulvere tāgit ab interne lucis mox intuitu lesus reuerberat. q autem puulus est qui terrena diligit. magnus qui eterna con/cupiscit. Potest etiam sic non inconuenienter intelligi. Paruulum occidit inuidia. quoniam huius pestis lā/gore non moritur nisi qui adhuc in terrenis desiderijs infirmatur.

Lixa a lixen quod est aqua dicitur hic lixa lixe. mascu. gene. id est mercenarius. puta qui sequit exercitum in expeditōe. ⁊ portat aquā ad op⁹ exercit⁹ in castris.

Lixabundus. a lixa d̄r lixabund⁹ da. dum. qui latius in cedit passib⁹ ad modū lixe Uel lixabund⁹ similis lixā/ti. ⁊ tunc deriuatur a lixo lixas.

Lixatura re. in lixo xas. vide.

Lixen. a lixos apud grecos dicit lixen. id ē. aqua qua siluren q2 sit soluta.

Lixeo. a lixo deriuatur lixeo xes xui. Et est lixere lixare vel potius lixari. Et cōponit collixeo. xes Elixeo xes. Re lixeo xes. Et est neutrum lixeo cum omnibus suis cōpo/sitis. ⁊ caret sup̄.

Lixiuiū q̄re supra in lisciuiū p s

Lixo. a lixen deriuat lixo lixas lixaui lixare .i. in aq̄ sola coquere. Und̄ hec lixatura re. coctō in aqua Et hoc lix/amē minis. ⁊ hoc lixamentū ti. ⁊ lixus xa xū. in aq̄ coct⁹ Lixo cōponit Collixo xas .i. simul lixare. Elixo xas .i. val/de lixare Relixo xas .i. lixare Lixo actiuū est cū omnib⁹ suis cōpositis

Lixor xoris. dicit portitor aq̄. ⁊ d̄r a lixen.

Lixus xa xū. in lixo xas. vide.

L ante O

Locellus li. dimi. vide in locul⁹.

Locito tas .i. frequenter loco. verbū frequētatiuū a lo/co locas

Loco cas. caui. locare .i. statuere. stabilire. vel collocare Locare etiam d̄r in respectu ad cōducere. Conducit ho/spitium q̄ p eo p̄cium dat. Locat q̄ pro eo p̄cium accipit. Unde qdam. Qui capit ille locat cōducit qui p̄ciu3 dat. Locare tamē q̄nq3 ponit p cōducere. vnde hic locator. et hec locatrix tricis. ⁊ hec locatō. ⁊ hic ⁊ hec locabil' et hoc le. Loco componit Colloco cas. Deloco cas .i. valdō vel deorsum locare. vel de loco remouere. Eloco cas .i. val/de vel extra locare. vel extra locu3 remouere Illoco cas. intus vel valde locare. Preloco cas .i. ante vel p̄ alio lo care. Perloco cas .i. pfecte locare. Reloco cas .i. iteꝝ lo/care. Loco actiuum est cū omnibus suis compositis. et corripit lo vbiq3

Loculus li. est dimi. a locus. vnd̄ ⁊ locellus aliō dimi. Est aūt loculus pnlt corr. puus locus. Item loculus est bursa Iohā. xij. Fur erat ⁊ loculos habēs ea que mitte/bantur portabat. Ite3 est feretrū. Luce. vij. ⁊ tetigit locu/lum. id est feretrum

Locuples. Locus componit cū plenus ⁊ d̄r hic ⁊ hec ⁊ hoc locuples .i. diues. quasi locis plen⁹. ⁊ plurimaꝝ pos/sessionum possessor. vel locuples componit a loculus ⁊ plenus quasi loculos habēs plenos. ⁊ compatur locu/ples nor. tissim⁹. vnde locuple tius tissime. aduerbiū. et locupleto tas. taui tare .i. ditare v̄bum actiuū. ⁊ hec silla ba ple. pducit tam in noīe q̄3 in v̄bo. ⁊ format gtūs a ntō remota s. ⁊ addita tis.

Locus ci. dicit a loco cas. ⁊ est nomē etheroclitu3. Nā in singulari est mas. ge. hic loc⁹. sed in plurali est mascu. ⁊ neu. hi loci. ⁊ hec loca. ⁊ dicit loc⁹ tam substātia q̄3 quā titas qua aliquid locale circūscribit. Item loc⁹ d̄r materia ppositō vel habitudo vn̄ trahit argumentū tam i dya/letica q̄3 in rhetorica. Inde hic ⁊ hec localis ⁊ hoc le. qd̄ loco cōtinet vel circūscribit. vnde localit aduer. ⁊ hec lo calitas tatis. Et scias q locus ppie est quantitas circū scribēs corp⁹. sed hec loca loco ꝝ ppie de his dicūtur in qbus passiones habent. loci aūt ad logicos ptinēt. ⁊ sic talis fit diuisio locoꝝ. Alij intriseci. alij extriseci. alij me/dij. Item locus est sedes argumēti. vel id ex quo ad pro positam questionē cōueniēs trahit argumentū. Ite3 lo/cus dicit facultas. copia. potestas. cōdicō. tpus. occasio. oportunitas. digtas. autoritas. honor. magnitudo. ma/iestas. fastigiū. splendor. gradus. gloria. Et vt dicit gre/cismus. Argumēta locos. homies loca dicis habere. Et nota q hm naturales q̄nq3 sunt essētialia loco. Primū est q locus cōtinet locatū. ⁊ non est aliqd de locato. et in hoc differt a forma ⁊ a vacuo. Forma. n. nō est aliō a lo/cato. Uacuum v̄o nō cōtinet. Secundū est. quonia3 lo/cus est equalis locato. Terciū v̄o est quoniā locus sepa tur a locato. ⁊ in hoc differt a materia ⁊ forma. Quartū v̄o est q differētie loci essentiales sunt supius ⁊ inferius ⁊ in hoc differt a vacuo in quo nō est supius et inferius. Quintū v̄o est. quoniā loc⁹ est illō ad quod transfertur locatum naturalit

Locusta. Longus componit cu3 hasta ⁊ dicit hec locu/sta ste. qa pedibus sit lōgis velut hasta. vnd̄ ⁊ eam gre/ci tam maritimā q̄3 terrestrē astaton appellāt. Et dicunt q grillus sit vel aliqd̄ aīal simile illi. hm q vulgarit d̄r māmalona. Est autē animal puum dente noxiū. et plus q̄3 cetera animalia frugib⁹ nocet. De hac dicit grego. in xxxi. mora. Matutinis horis .i. temporib⁹ vix a terra lo custe se subleuāt. cum v̄o estus exarserit tāto alti⁹ q̄nto alacrius volāt. Sanct⁹ aūt quicunq3 p̄dicatoꝝ cū quie ta fidei tempa conspicit. humilis ac despect⁹ aspicitur. ⁊ locuste more quasi vix a terra subleuat. Si aūt psecutō nis ardor incandeat. corde celestibus inherens mox q̄n te sit sublimitatis ostendit. ⁊ pulsatis alis in altu3 rapit. q̄ quiet⁹ in imis torpuisse credebat. Raban⁹ autem su/per .iij. cap. mathei di. In dictis arnulfi galleaꝝ epi repe rimus minimū locustarū genus fuisse in deserto iudee quo pastus est baptista. ⁊ vsq3 hodie apparent. q corpu sculis in modu3 digiti man⁹ exilib⁹ ⁊ breuib⁹ in herbis facile capiunt. cocteq3 in oleo pauperū p̄bent victū. Cri/sostom⁹ vero dicit. iste locuste sunt volatilia q̄dam imū da sed parua ⁊ non satis in altū volantia. Locusta etia3 inuenit p q̊dam genere herbaꝝ. vide in atacus.

Locut⁹ ta. tum. pticipiū de loquor ⁊ scribit p c. lic3 scri/batur loquor p q. Dicit. n. p̄scianus. Deponētia desinē tia in quor mutāt eam in cu. ⁊ sumentia tum. faciūt sup̄. vt loquor locutum. sequor secutu3. ⁊ a genitō locuti ad/dita o. fit locutō.

Lodix a lauo uas d̄r hec lodix dicis. q̄dquid in lectulo supponit ⁊ ppie pannus villosus. ⁊ pdu. pnlt gtī. Un/de iuuenalis in li. ij. satira p̄ma. Magne mēns op⁹ nec de lodice para

Logica. Logos grece .i. sermo vel ratō. Und̄ logic⁹. ca. cum .i. sermocionalis vel ratōnalis. Und̄ logica dicitur triuiū quasi sermotōnalis. qa consistit in s̄monibus et excellent dyaletica d̄r triuiū. qa p̄ alijs artib⁹ triuiu3 cō/sistit in sermonib⁹. ⁊ inuenit grece declinari p eodē. hec logice hui⁹ logices. Und̄ logici dicunt triuiales v'l dya letici. Item logica d̄r q̄dam sp̄es medicine .i. ratōnalis. Unde logici dicunt quidā medici. qui discussis etatum regionū. vel egritudinū qualitatib⁹ artis curā ratōabi/liter scrutant. ⁊ a logica hm quālibet eius significatōem hic ⁊ hec logicalis et hoc le. vnde logicaliter aduerbiu3.

⁊ hec logicalitas tatis.

Logisma me.fe.ge.i.cogitatō vel sermo vel rō ſm hug. Pap vō di.logiſmus.i.cogitatō

Logiſticus ca.cū.pnl̄t cor.id eſt ſermocinalis vl̄ ratō/nalis vel cogitabilis.⁊ dicit̄ a logos

Logiū a logos quod eſt ratō dr̄ hoc logiū gij.ratōabi/le reſpſōum.i. ſine inuolutro. Jtē hoc logiū dr̄ manuale ſcʒ exiguus pannus ⁊ duplex auro ⁊ gemmis ⁊ q̄ttuor context⁹ colorib⁹ habēs magnitudinē palmi p quadrū cui intexti erant duodecim p̄cioſi lapides.hic pannus etiam ratōnale dr̄.⁊ ſuphumerali circa pectus pontifi/cis annectebatur.

Logos.i.ſermo vel ratō ſm hug. Uel ſm hiero in epi/ſtola ad paulinū. Jn pncipio inquit erat vbum ⁊ vbuʒ erat apud deum.⁊ deus erat vbum. Logos grece mlta ſignificat. Nam ⁊ vbum eſt.⁊ ratō ⁊ ſupputatō.⁊ cauſa vniuſcuiuſqʒ rei p quā ſunt ſingula que ſubſiſtunt. que vniuerſa recte intelligim⁹ in xp̄o.qr videlicet xp̄c dr̄ ver bum.quātuʒ ad patris dicētis manifeſtatōʒ. Cauſa q̄n/tum ad rerū creatōnem. Ratō quātum ad creaturarū ordinatōnem. Supputatō quantū ad ordinatoꝝ diſti/ctōnem.vide in verbum

Logotheca Logos ꝯponit̄ cum theca qd̄ eſt poſitio.⁊ dicit̄ hic ⁊ hec logotheca ce.q̄ vel que ſmonem facit i po pulo. Uel q̄ edictum impatoris vel alic⁹ pncipis popu lo nūciat.⁊ pducit the.

Loligo ginis. A loliū dr̄ hec loligo ginis.q̄dam piſcis vt dicūt lepia.q̄ habet ſtrumā nigerrimi coloris ⁊ ama/riſſimi saporis plenā. Und̄ q̄nqʒ ponit̄ p nimia amari/tudine. Ponit̄ etiam loligo p herba amara. ⁊ a loligo dicit̄ loligineus nea.neū.ad loliginem ptinens. vel d̄ lo loligine exiſtens.⁊ loliginoſus ginoſa.ginoſum.plenuſ ⁊ abundans loliginib⁹

Loliuʒ lij.ge neu.illa mala herba que creſcit inter ſege tes malū ſemen facit qd̄ ſimilit̄ dr̄ loliū.vnde lolioſus ſa ſum.plenus lolio.

Longanim⁹.a long⁹ ⁊ anim⁹ ꝯponit̄ hic ⁊ hec lōgani/mis ⁊ hoc me.quod etiā dicit̄ longanim⁹ ma.mū.ſ.q nl̄/lis paſſionibus pturbat̄.ſed ad vniuerſa ſuſtinenda pa tiens eſt. Jdem et magnanimus cui ꝯtrarium eſt puſil/lanimus.

Longe aduer.a long⁹ dr̄. Et cōponit̄ alōge. delōge. elō/ge omīa quaſi in eodem ſenſu.⁊ acuunt pnl̄t.cū ſit poſi/tōne longa.ſicut dixi in ſecūda pte vbi egi de ſex impedi mentis accentus.in capitulo de impedimētis diſtinctō nis.⁊ hoc etiā di.hug

Longeuus a longus ga.gū.⁊ euum ꝯponit̄ lōgeu⁹ ua uum.i.longi eui.ſ.ſenex.vnd̄ hec longeuitas tatis.i. lon/gi cui vita vel etas.⁊ a gtō longeui addita tas fit lōgeui tas.⁊ pducit ge.

Longinquus.a lōgus dr̄ lōginquus qua.quū.i.remo/tus.⁊ compat̄ quior.quiſſim⁹.⁊ a gtō longinqui addita tas fit hec lōginquitas tatis.

Lōgo gas.in longus vide.

Lōgiturnus.a lōgus dicit̄ longiturnus na.nū.id ē diu turnus longe durās.⁊ compat̄.⁊ a gtō longiturni addi ta tas.fit hec lōgiturnitas.i.diurnitas. Baruch.iij.ca. Jn lōgiturnis dieb⁹.⁊ in.iij.e. Ut ſcias ſimul vbi ſit lon/giturnitaſ vite. Uel ſm aliā lrām vbi ſit lōgiturna vita

Lōgus.a lien dr̄ lōgus ga.gum qa ſit porrectuʒ ad mo/dum lienis.⁊ cōpatur lōgus gior giſſim⁹. Unde longe gius giſſime aduer.⁊ hec lōgitudo dinis. Lōgus cōpoi tur bilōgus. Oblōgus.ſemilōgus. Jtem tamlōgus q̄ʒlō gus.i.valde lōgus. Et ſcias q lōgus ⁊ lōgum habent u. ſimplex poſt g.ſed in alijs terminatōnib⁹ huius nomis lōgus nō eſt u.poſt g.vt lōga longa lōge lōgo lōgam lō/gis lōgos.lōgas lōgorum lōgarum. Jtem a lōgus deri/uatur lōgo gas gaui.⁊ eſt lōgare lōgum facere vel differ re. Et ꝯponit̄ delōgo gas.i.valde delōgare vel curtare. Dilōgo gas.diuerſis modis vel in diuerſas ptes lōga re. Elōgo gas.extra vel valdē lōgare. Prolōgo gas.id ē pcul longare. Lōgo actiuum eſt cū omibus ſuis ꝯpoſi/tis.⁊ nō habʒ u. poſt g.

Lophos.i.ceru⁹.⁊ inde ponit̄ tragelaph⁹.

Loq̄culus la.lū pnl̄t corr.i.aliquātulū loquax.

Loquax a loquor queris.dicitur loquax cis.gene.om/nis.id eſt aſſiduus.abundās in locutōe.⁊ comparatur lo quacior.ciſſimus. Unde loquaciter ci⁹.ciſſime aduer. ⁊ hec loquacitas tatis.id eſt abundans locutō. Et loq̄/culus la.lum

Loquela le.p vnum l.pdu.pnl̄t ⁊ dr̄ a loquor. Et ſcias q greg.in.vij.mora.tractās illud iob. Uſqʒ quo loque/ris talia ſic.di. Uis ⁊ ſumma loquentiū quadrifaria q̄/litate diſtinguit̄. Sunt.n.nōnulli q̄ſ ſentiēdi ac dicendi amplitudo dilatat. Et ſunt nōnulli q̄s ſentiēdi ſimul et dicendi inopia anguſtat. Et ſunt nōnulli q efficaciaʒ di cendi habēt.ſed acumen ſentiēdi nō habēt. Et ſunt non nulli q acumīe ſentiendi ſubnixi ſunt.ſed ex inopia locu tōnis obmuteſcunt. Jn q̄bus nimiꝝ quattuor dicēdi q̄/litatibuſ ſola crimini tercia ſubiacet.q̄ hoc ſibi plocutō ne arripit ad quod p ingeniū nō aſſurgit. Nam prima laudanda eſt q̄ vtroqʒ valenti pollet. Secūda miſeran da q̄ vtroqʒ humiliter caret. Tercia vō deſpiciēda atqʒ rep̄menda q̄ dum ſermone ſe erigit.ſenſu iacet. Quarta adiuuanda que explere qd̄ ſentit nō valet que membriſ inflatōe tumeſcentib⁹ ſimul ad aures audientiū vaſta. ſed vacua pcedit.

Loquend⁹ da.dū.in loquor q̄ris.vide.

Loquor queris.locutum.vnde hic locutor toris.⁊ hec locutō onis. Et componit̄ loquor cū nominibus ⁊ dicitur dociloquus qua.quū.⁊ turpiloquus qua.quū.⁊ ātilo quus qua.quū.q primo loquit̄.⁊ mltiloquus qua quū. ⁊ ſtultiloquus qua.quum. Und̄ hoc dociloquiuʒ.dul ciloquium.turpiloquium.multiloqum.ſtultiloquium antiloqum quij.i.pma locutio. Jtem componit̄ diuerſi loqu⁹ qua.quū.vnde hoc diuerſiloqum.⁊ ſcribunt̄ pdi cta p q.non p c. Jtem loq̄r componit̄ cum p̄poſitōnibus ⁊ dicit̄ alloquor queris.i.loq ad vnum. Unde ex vi pre poſitōnis ꝯſtruit̄ cum actō rei ratōnalis.vt alloquor te id eſt loquor ad te. Et eſt alloqui orātis ⁊ iubentis. Elo qui vō oratoris eſt. Obloqui obtrectātis.⁊ colloquor queris.i.ſimul loqui. Und̄ hoc colloquiū. conſiliuʒ vel cōcio.vel qd̄ vulgo dr̄ plamentum. Eloquor queris.id eſt valde vel ornate vel apte loqui.vl̄ manifeſte enūcia re.⁊ eſt oratoriſ vt dictum eſt.vnd̄ hoc eloquiū. Prelo quor queris.plocutus ſum.i.ante loquor. vnd̄ hoc plo

quium. Proloquor q̄ris.i.palio loq vl̄ in conſpectu et palam loqui.vel pcul loqui.vnd̄ hoc ploquium. Oblo quor q̄ris.i.cōtra loqui vel male vel detractatiue loqui ⁊ eſt obtrectātis vt dictū eſt. Reloquor ris.i. iterū vel re tro loqui. Loquor ⁊ eius ꝯpoſita ſunt deponētia ⁊ cor. hāc ſillabā lo.vbiqʒ.vnd̄ facetus. Pauca loq debet qui vult vrban⁹ haberi. Et in ſup.⁊ in omnib⁹ verbalibus ⁊ in pncipijs p̄teriti tpis mutāt q.in c.ſm hug. Et a loq̄r inuenit̄ loquend⁹ da.dum. cum tamē loquor nō habe/at pncipiū in dus.ſicut nec ⁊ alia vba deponētia.⁊ ideo loquēduſ debet exponi in actiua ſignificatōe. ſicut vult pſtian⁹ in q̄rto lib. Jn dus inquit q̄dam forma eſt ptici palis.i.q̄ terminatōnem habet pticipioꝝ futuri tempo ris paſſiuoꝝ.⁊ ſignat dignum eſſe aliquē eo qd̄ demon/ſtratur.vt laudādus.i.laude dign⁹. Loquend⁹ dignus loqui de quo loquunt̄ hoīes. Uel poteſt dici q loquor olim fuit vbum ꝯmune.⁊ ſic loquend⁹ eſt ei⁹ pticipiuʒ. qr multa fuerūt olim ꝯmunia q̄ modo ſunt deponētia. vt vult pſtian⁹ in.xj.li. Jtem ſcias q hoc aduerbiū nō cō ponit̄ tantū cum trib⁹ verbis.ſ.nequeo.neſcio.nolo. vn de nōloquor non pōt eſſe ꝯpoſitum.vnd̄ in actib⁹ apo/ſtolorū vbi dicit̄. Non poſſumus que audiuim⁹ et vidi mus nō loqui ſunt due ptes non loqui. Jtem nota q cō ſueuit dubitari de illa latinitate ſcripta in euāgelio luce Sicut locut⁹ eſt ad patres noſtros abraam ⁊ ſemi eiuſ in ſecula.videt̄.n.incongrua qa dtūs copulat̄ actō. Ad hoc dico q abraam eſt datiui caſus ſicut ⁊ ſemini. ſʒ tūc videt̄ ibi abuſio.qr iſti duo datiui apponunt̄ huic deter minatōni ad patres.⁊ hoc bene poteſt fieri. qr ponit̄ lo/co datiui ad patres.i.patribus. ſicut dr̄ loquor ad te.id eſt tibi. Animaduerte etiaʒ q vt di.pſtian⁹. Deponētia deſinētia in quor mutāt cā in cu.⁊ ſumentia tū faciūt ſu pinuʒ vt loq̄r locutū ſequor ſecutū.

Loramentū a lorꝝ ri.dr̄ hoc loramentū ti.⁊ dicunt̄ lora menta plura lora vel laquearia.vel in pietibus tabule. vel aliq ligna q̄ nectunt̄.

Lorarius a lorum dicit̄ lorari⁹ ria.rium. quod ad loꝝ ptinet vel tortus vel ſolutus vel ligatus.⁊ hic lorarius id eſt tortor

Loreus rea reū.i.tort⁹ vel ſolutus vel ligat⁹ vel ad lo/rum ptinens.⁊ deriuat̄ a loꝝ

Lorica a lorum deriuat̄ hec lorica ce.pnl̄t pdu. qa loriſ caret. Solis.n.circulis ferreis ꝯtexitur.vnd̄ dicit̄ lorica q̄ſi loris carens.⁊ eſt ethymologia. Et inde loricatus ta tum q habet loricā vel lorica indutus. Et lorico cas.ca/ui.id eſt loricam induere. Et ꝯponit̄ collorico cas.id eſt ſimul loricare. Delorico cas.i.valde loricare.vel diuer/ſis modis loricare.vel potius loricā exuere vel vberare Elorico cas.i.loricam exuere. Jllorico cas.i.loricam in duere. Prelorico cas.id eſt ante loricare. Relorico caſ. id eſt iteꝝ loricare vel lorica expoliare. Et eſt actiuū cuʒ omnib⁹ ſuis ꝯpoſitis.⁊ pdu.ri.

Lorico cas.in lorica exponit̄.

Loripes. Lorum cōponit̄ cum pes ⁊ dr̄ loripes pedis. ge.ꝯmunis.i.claudus q habet pedes tortos ad ſimilitu dinem lori.vel q habet pedem ligneū q̄buſdam loris re ligatū.⁊ corr.pnl̄t tam in ntō q̄ʒ in gtō. Juuenalis. Lori pedem rect⁹ derideat ethiopē alb⁹.

Lorum a licio cis dr̄ hoc lorum ri.i.corrigia vel coriuʒ. vel habena freni.⁊ pdu.lo. Horati⁹ in epi. Seruus ha/bens p̄cium loris nō vteris aio.

Loth interptat̄ declinās vel inuict⁹.qr factis ſodomo rum non cōſenſit.ſed eorum illicita carnis incendia de/clinauit.vide etiam in ebrius.

Lotio a loti gtō de lotus ta.tū addita o.fit hec lotō nis id eſt ablutō vel lauatō

Lotiū tij.dr̄ a lauo uas.laui.lotū.⁊ eſt lotiū lixiuiū cum quo veſtes abluunt̄. Uel lotium dr̄ vrina.⁊ vt dicunt. Urinas hominū ſed lotia dic aſinoꝝ

Lotus a lotu.vltimo ſup̄ de lauo uas. addita s.fit lot⁹ ta.tū.i.ablut⁹. Et componit̄ Jllotus ta.tū.i. non lotus.i. mundus. Et ſcias q ſup̄. de lauo uas facit lotū. ſm vſuʒ modernoꝝ. Jnuenit̄ etiā lautū ⁊ lauatū. vnde lauat⁹ ta tum.⁊ hec lauatō ſm antiq̄s.⁊ vt dicit grecis̄. Lotum vl̄ lau tū tripicat̄ſiue lauatū

L ante V

Lubricus a labor beris.deriuat̄ lubricus ca.cū.i. labil̄. Proprie lubricū eſt illud qd̄ quāto magis tenet̄.tanto magis labit̄ vt anguilla. Et etiā illud dr̄ lubricuʒ in quo q̄s labit̄.vt via lutoſa ⁊ aquoſa ⁊ glacies. Unde in pſal. Fiat via illoꝝ tenebre ⁊ lubricū.⁊ hinc lubrico cas.id eſt labi.vacillare.⁊ corr.bri.vnd̄ prudenti⁹. Lubricat incer/tus dubia ſub imagine viſus. ſm hug. Et vt di.papias Lubricus differt a labili. qa labile eſt qd̄ labit̄ ſicut flu/uius. Lubricū non dr̄ pprie qa labit̄. ſed in quo quis la/bitur. Jtem lubricus dr̄ quidqd labit̄ dum tenetur.vt pi ſcis.ſerpens. Und̄ vſus. Labilis eſt fluuius dicatur lu/bricus anguis. Jtē lubric⁹ aliq̄n dr̄ leuis.vicōſus. van⁹ friuolus. ineptus.laſciuus.luxurioſus.

Luca ce.q̄dam ciuitas dicta a luce defluens. quia oliʒ multum eluxit.vnde hic ⁊ hec lucenſis. Et lucanus na. lucanum patrium.

Lucanar a lucus dr̄ hoc lucanar naris fouea in luco. ⁊ pdu.pnl̄t tam ntī q̄ʒ gtī

Lucanica.a lucania dr̄ hec lucanica ce.quoddā gen⁹ ci bi.⁊ vt dicunt ſalſucia. quia p̄mo in lucania eſt facta. et corripit penultimā

Lucaniſta a lucan⁹ dicit̄ hic ⁊ hec lucaniſta iſte qui le git lucanū vel imitatur.

Lucan⁹. A lux dr̄ hic lucanus ni.q̄dam poeta.quia in ter alios poetas eluxit.⁊ vt dilucide tractaret longū cō/ſtructōnis yperbaton ſemp euitauit. Unde lucan⁹ na. num.adiectiue poteſt eſſe patriū vel gentile. ⁊ hec luca/nia puintia vltra romā. Jtem inuenit̄ hec luca ce. q̄daʒ ciuitas.vnde lucanus na.nū.patriū.⁊ hic ⁊ hec lucenſis ⁊ hoc ſe. Jtem inuenit̄ hic lucan⁹ ni.i.ſplēdor matutin⁹. ⁊ tunc ꝯponit̄ antelucan⁹ ni.i.exortō aurore ante lucē canēs.i.albēs.⁊ adiectiue antelucan⁹ na.nū.i.ante lucez ſurgēs.⁊ pdu.ca.ſillabā

Lucar.a lucus dr̄ hoc lucar caris.pecunia vel precium ex luco collectū qd̄ vulgo dr̄ ſiluaticū ⁊ foreſtage gallice ⁊ pdu.pnl̄t gtī. Jtem inuenit̄ hic lucar caris.maſ. ge.pro quadam aue que pulcre ⁊ dulciter canit p̄mo mane q̄n lux emanat.⁊ tunc lucar dicitur a luce.⁊ corr.pnl̄t gtī

Lucas interp̄tat̄ ip̄e conſurgens. vel ip̄e eleuans ⁊ di/

citur lucas a luce.ipe.n.fuit ꝯsurgens a mundanorum
amore.eleuãs se in amorem dei p ꝯtemplatõz.fuit etiã
lux mundi eo ꝙ mundũ illuminauerat vniuersuz mat.
q̃nto. Uos estis lux mundi. Lux aũt mundi dꝛ ipse sol.
q̃ quidem lux habet in situ sublimitatẽ. in aspectu dele-
ctabilitatez. Eccle.xi. Dulce lumen ꝛ delectabile est ocu-
lis videre solem. In motu velocitatẽ. Hester.ij.ca. q̃rto
Magna est terra ꝛ excelsum celũ. ꝛ velox cursus solis.
In effectu vtilitatẽ. quia sicut di. aristo. Homo generat
hominẽ ꝛ sol. Sic lucas habuit sublimitatẽ. p celestiuz
ꝯtemplatõnem. Delectabilitatem p dulcem ꝯuersatõz
Uelocitatẽ p feruentẽ p̃dicatõez. Utilitatem p doctrĩe
sue ꝯscriptõem. Et vt di. hieronim⁹ lucas fuit natõe an
thiochenus. arte medicus. apostolorũ discipulus p⁹ea
paulum secutus est vsqz ad ꝯfessionẽ eius seruiẽs fuit
domino sine crimĩe. Nam neqz vxorem vnq̃z neqz filios
carnis ꝑpagatõe habẽs. octogesimo q̃rto anno vite sue
spũsancto plen⁹ in bitinia obijt ibiqz sepult⁹ fuit. Cum
quidem ossa regnante constantino constantinopolim
sunt postea translata. atqz a cõstantinopolitanis miro
fauore suscepta.

Lucellũ li. dimi. puum lucrũ.

Lucensis. in lucan⁹ exponit

Luceo ces. xi. Et ꝯponit allucõ ces. xi. valdẽ vl' ad aliq̃d
lucere. Colluces ces. xi. simul lucere. Diluceo ces. xi. di-
uersis modis lucere vl' diuersim lucere. Inde hoc dilucu
lum. Eluceo ces. xi. Illuceo ces xi. i. intro vl' valdẽ lucere
Interluceo ces. xi. i. inter aliqua lucere. vl' luci esse puiuz
Perluceo ces. i. pfecte lucere. Preluceo ces. xi. i. añ lu-
cere. Itẽ luceo componit cum post vel ꝑcul vel porro.
ꝛ dicit postluceo ces. vl' potius polluceo ces. Itẽ cõpoi-
tur reluceo ces. iterũ lucere. Subluceo ces. i. lubtus vel
parum lucere. Trãsluceo ces. i. vltra vsqz ad aliam par
tem lucere. Et ab omnib⁹ istis inchoatiua. Lucesco scis
Elucesco scis. Collucesco scis. Et ab omnib⁹ istis descen
dunt impsonalia actiue terminatõnis. vt lucet lucescit
Et qꝛ quod lucidũ est aptum est. ideo lucere ponit q̃nqz
ꝑ certum eẽ. vl' apparere tam psonalit q̃z impersonalit.
Itẽ lucere ponit p eẽ puium luci vel visui. vt sepes ista
lucet. i. puia luci ꝛ visui est. Luceo cũ omnib⁹ suis cõpo
sitis ẽ neutrum. ꝛ caret sup. ꝛ facit p̃teritum in xi. et vbi-
qz ꝑdu. hanc sillabã lu. Unde in aurora dꝛ. Angelico lu
cet scpe colore sathan. Et scias ꝙ luceo deberz facere lu-
ctum in sup̃ sicut dicit p̃stian⁹. Unde in tercia parte i tra-
ctatu de p̃teritis scde ꝯiugatõnis in fine. Itẽ vt vult pri
stia. luceo deriuat a lux vt habes in scda pte vbi agit de
accẽtu verborum in fine. Sed sm hug. a luceo luces de-
riuatur lux lucis

Lucerna a lucinũ vel a luce dꝛ hec lucerna ne. quasi in
ter se lucem ardẽs. ẽ tamẽ breuis hec sillaba lu. Unde psi
us. Disponite pinguem nebulã dormire lucernaz. Un-
de hec lucernula le. dimi. pua lucerna. ꝛ hoc lucernariũ
narij. id ẽ cãdelabrum. qa sustinet lucernã. ꝛ lucernosus
sa. sum. plenus lucernis. ꝛ lucernarius ria. riũ. quod pti
net ad lucernã. ꝛ hic lucernarius rij. q̃ facit lucernas. et
hec lucernaria rie. vxor eius. vel etiam mulier faciẽs lu
cernas. Et scias ꝙ sm greg. lucerna dꝛ quasi lupi testa.
ꝛ est ethymologia ꝛ sm hoc potest ꝯuenire xp̃o. q̃ lucẽ
sue deitatis ꝯiunxit teste nostre fragilis humanitatis i
vnitate psone.

Lucernula le. dimi. pua lucerna. ꝛ cor. pnlt

Lucibilis. A luceo luces dicit hic ꝛ hec lucibilis et hoc
bile. quod est aptum vt luceat. ꝛ differt a lucidus. Ui-
de in lucidus

Lucidarium cidarij. quidam liber in quo multa elucu
dantur. ꝛ dicit a lucidus

Lucido. A lucidus deriuat lucido das. ꝛ est lucida-
re lucidum facere. apire. exponere. declarare. manifesta
re. Et componit. Allucido das. i. valdẽ vl' iuxta vl' ad ali
quid lucidare. Ablucido das. i. obscurare. tergere. coo-
pire. Dilucido das. id ẽ diuersis modis lucidare. Elu-
cido das. i. valdẽ vl' extra vel apte lucidare. Illucido das
Perlucido das. Relucido das. Lucido cum omnibus
suis compositis est actiuum. ꝛ corripit. ci. ꝙ autem dicit
lucido quasi lucem do ethymologia est nõ compositõ-
nis vel deriuatõis ostensio

Lucidulus la. lũ. pnlt cor. aliquãtulũ lucid⁹

Lucidus da. dũ. dꝛ a luceo ces. ꝛ differt a lucibili. qa lu-
cidum est quod aliunde illuminat. lucibile vo est quod
p se lucet. ꝛ compat lucidus dior dissim⁹. vnde lucide di⁹
dissime aduer. ꝛ hec luciditas tatis. ꝙ aũt lucidus dicit
q̃si luci datus ethymo. est

Lucifer. A lux ꝛ fero componit lucifer ra. rum. penult.
cor. i. lucem ferẽs. ꝛ hic lucifer ri. i. venus vel sol. Et hec
lucifera re. i. luna. quia p̃ alijs stellis iste ferunt lucem.
Lucifer autẽ solez p̃cedens ꝛ mane nuncians tenebras
noctis lumine sui fulgoris aspergit. Lucifer etiam meta
phorice dꝛ q̃dam angel⁹ malus. Uide in vesper

Lucifluus a ũ. a fluo is. ꝛ lux ꝯponit.

Lucifuga. ge. cõmunis. ge. lucẽ fugiẽs. a lux ꝛ fugio gis
ꝯponit. vnde hec lucifuga ge. dꝛ quedam auis. q̃ sp fugit
aspectũ diei. ꝛ corri. fu.

Lucigena ne. penulti. corre. generis cõmunis. i. luce ge
nitus vel genita

Lucina a lux dicit hec lucina ne. dea partus. s. iuno vl'
pallas vel diana vel lucana. Et dicit lucina. qꝛ nascenti-
bus p̃beat lucem. vel quia p̃sit in luce nascentib⁹. et eos
recipit ꝛ fouet vt fingũt poete. ꝛ dempta media sillaba
dẽ hec luna. Et ꝑdu. lucina pnlt. sicut alia denominatiua
desinẽtia in na. sicut vult p̃sti. Et in grecis dꝛ. Ipaqz ca-
strensis simul ꝛ lucina ruralis.

Lucinia nie. dꝛ a luce auis q̃dam est q̃ mane canere in-
cipit. Sic dicta quia cantu suo signat ortum diei. quasi
lucida. hec eadem dicit acredula. Hec vulgo dicitur ros
molus. i. filomena. Horatius in sermo. Lucinias solin
impẽsa p̃andere coemptas

Lucinium lucinij. cincendela lucerne. quia det lumen
Et dicit a luce.

Lucino a luce dꝛ lucino nas. i. suadere. vel quasi luci vi
cinare. Et componit Allucino nas. i. iuxta lucinare. Ab
lucino nas. i. a luce absentare alienare. Et est actiuũ cuz
omĩbus suis ꝯpositis et corr. ci

Lucratiu⁹ ua. nũ. i. acq̃sit⁹. qd aliqs lucrat. vel p qd qs
lucrat. et dꝛ a lucrũ cri.

Lucrifacõ Lucrũ componit cum facio. et dicitur lucri
facio cis. id est acquirere. et acuit fa. in p̃ma scda ꝛ tercia

De litera L ante V

psona presentis tẽporis

Lucrifio fis. ex lucz ꝛ fio ꝯponit. i. adq̃ri

Lucrin⁹ ni masc ge q̃dã lacus dict⁹ a lucrũ. qꝛ olim p co
piam piscũ vectigalia magna prestabat Et hic lucrinus
na num penul. ꝑducta

Lucror craris crat⁹ sum id ẽ adquirere Unde hoc lucrũ
cri. id est adquisicõ. ꝛ hinc lucrosus sa sum. id ẽ plen⁹ lu
cro. Et ꝯparatur. Lucror ꝯponit Collucror aris. id ẽ. si-
mul lucrari Et ẽ deponens cũ oĩb⁹ suis ꝯpositis. Et cor
ripit lu naturalit. Uide ĩ opinio.

Lucta cte. in luctor vide

Luctificus ca. cũ. penul. correpta. qui facit vel designat
luctum. vel de quo habet luctus. Et componit a luctuz
ꝛ facio facis

Luctor a lucta deriuat luctor ctaris ctatus sum. Et cõ-
ponit colluctor ctaris. i. simul luctari. Obluctor et relu-
ctor ctaris. in eodem sensu scz ꝯtra luctari ꝛ resistere. Lu
cta autẽ cte. i. pugna dꝛ a latus teris. ꝛ dꝛ sic a complexu
laterz. qbus cõminus certãtes innitunt. q̃ greca appella-
tõne athlete vocant

Luctũ est sup̃. de lugeo ges. ꝛ etiam sm regulã de luceo
ces. sz deficit in frequẽti vsu

Luctuo ctuas. i. flere. a luct⁹ dicit.

Luctuosus sa. sum plen⁹ luctu. a luctus dicitur. Et cõ-
Luct⁹ tus tui. i. plorat⁹ a lugeo ges dꝛ patur.

Lucublãd⁹ da. dũ. i. lucens blande. ꝛ componit a lu-
ceo ꝛ bland⁹. Et ꝯpatur lucublãd⁹ dior dissim⁹. vnde
lucublande dius. dissime aduerbium. id est blande blã-
di⁹ vel blãdissime lucẽs.

Lucubratõ. a lucubro bras. dicit hec lucubratõ onis. et
inde hec lucubratiũcula le. dimi. id est vna modica vigi
lia scz studiũ vel vigilãtia vni⁹ noctis vl' minimũ de lu-
ce. vide in lucubro bras.

Lucubratiũcula in lucubratõ vide.

Lucubro bras. a luceo ces dꝛ hoc lucubrũ bri. i. modicũ
lumen. vel modicus ignis q̃ solet ex stuppa ꝛ cera fieri. sz
vndecunqz fiat sic dꝛ. ꝛ fit in vmbra. Idem ꝛ lucubra dꝛ.
Unde lucubro bras. i. vigilare. ꝛ ꝓprie lucubrare est ad
lucubrũ. i. ad lucernam in nocte vigilare. Item lucubra-
re est parz lucere. Unde hec lucubratõ onis. ꝛ hec lucubra
tiũcula dimi. Item a lucubro bras lucubrat⁹ ta. tũ. i. pa-
rum lucens ꝛ compat lucubrat⁹ tior. tissim⁹. Unde lucu
brate ti⁹ tissime aduer. Item a lucubrare lucubre. i. mãe
vel vigilant ꝛ corri. cu.

Lucubrz bri. in lucubro bras vide.

Luculent⁹. A luce ꝛ lentos quod est plenũ. componit
luculent⁹ ta. tũ. id est plen⁹ luce. i. clar⁹ apert⁹. splendid⁹
Unde ꝛ homo dicit luculent⁹ q̃ est lingua clar⁹. ꝛ smo
ne splendid⁹. Et compat luculent⁹ tior. tissim⁹. vnde lu
culenter ti⁹. tissime aduerbiũ. ꝛ hec luculẽtia tie. claritas
ꝛ lucis plenitudo. ꝛ hec luculẽtitas tatis. id ẽ. ꝛ luculẽto
tas. i. luculentũ facere

Luculeuz. gen⁹ albi marmoris. ꝛ nascit in chio insula
cui lucull⁹ nomen dedit. q̃ delectat⁹ in illo p̃mum id ro-
mam vexit vel aduexit. solumqz pene hoc marmor ab
amatore nomẽ accepit

Lucul⁹ li. i. puus luc⁹

Luc⁹ ci. masc. ge. i. densitas arborz soli lucem detrahens
id est nem⁹ adeo densum ꝙ sol ibi lucere non põt. Unde
p ꝯtrarium dicit lucus a lucẽdo sm hug. Pap. di. Lu-
cus dict⁹ catha antifrasim. i. p antifrasim qꝛ caret luce. p̃
nimia arborz vmbra

Ludibilis. a ludo dis dꝛ hic ꝛ hec ludibil' ꝛ hoc le. apt⁹
ludo vel ad ludendũ

Ludibriũ brij. i. derisio. ꝛ qd illudit. Et dicit a ludo dis.
Uel ludibrium est aliqua res que ludo ꝛ contemptui
habere digna est. macha. li. ij. ca. vnj. Ludibrio habite ci-
uitatis iniuriam

Ludibund⁹ da. dum. i. ludo plen⁹ ꝛ similis ludenti. et
dicit a ludo dis

Ludicrũ a ludo dis. dicit hoc ludicrũ cri. i. ludus. et lu-
dicrus cra. crũ ꝛ hic ꝛ hec ludicris ꝛ hoc cre. Et in plura
li ludicres ludicra nõ ludicria. vt vult p̃stian⁹. ꝛ sunt in
eodem sensu. s. ludo plenus. vel qd ludis gerit. vnde ludi
crosus sa. sum. plen⁹ ludicris vel ludibilis sm hug. Pa
pias vo di. ludicra sunt ludorz carmina. vel turpia ꝛ in-
honesta vel certamina q̃ in ludis gerunt. ꝛ corripit di na-
turaliter. vnde in aurora dicitur. Ludicra dicturus ocia
nostra voces

Ludificor Ludus componit cum facõ ꝛ dicit ludificor
caris. i. ludendo deridere ꝛ modeste. ꝛ est deponẽ. Unde
terẽti⁹. Postq̃z ludificat⁹ est v̾ginẽ. sz antiq dicebant lu
difico cas. in actiuo gene. ꝛ cor. fi

Ludi⁹ a ludo dis dꝛ hic ludi⁹ dij. i. ioculator. vñ hec lu
dia die. i. ioculatrix.

Ludix cis. fe. ge. q̃dam vestis est. ꝛ dꝛ a ludo dis. ꝛ dicũ-
tur ludices vestes a ludis theatri. Cum. n. egrediebãtur
de ludi ꝑstibulo. iuuenes harũ velamẽto tegebãt caput
ꝛ faciem ne cognoscerent. quia solebat erubescere q̃ lu-
panar intrauit

Ludo dis. lusi ludere lusuz. Unde hic lusor soris. ꝛ hic
ludus di. ꝛ ludens tis. puerbi. xxvj. ca. Sicut noxius est
q̃ mittit lanceas ꝛ sagittas in mortem. sic vir q̃ fraudu-
lenter nocet amico suo. ꝛ cum fuerit dep̃hensus dicit lu-
dens feci. Ludo componit Alludo dis. i. allidere vel cõ
sonare. ꝯgruere. ꝯcordare. vt hoc alludit ad historiam.
Abludo dis. i. discrepare dissonare discordare. cessare.
Colludo dis id est simul ludo. Deludo dis. id est deri-
dere. Diludo dis. i. diuersis modis ludere. vel in diuer-
sis ptibus ludere. Eludo dis. i. deridere decipere. Illu-
do tibi ꝛ illudo te. i. derideo. in eodem sensu cum datõ et
actõ ꝯstruit. Preludo ais. i. ante ludo. Perludo dis. i.
pfecte ludo. Proludo dis. i. ꝑcul vel ꝑ alio vel ante lu
do. Obludo. i. male ꝛ ꝯtrarie ludo. vel ꝯtra ludentẽ lu-
do. Reludo dis. i. retro vel iterz ludo. Et scias ꝙ ludo et
eius ꝯposita faciunt p̃teritum in si ꝛ sup in sum. ꝛ ꝑod.
vbiqz hanc sillabaz lu. Hora. in poetria. Ludere qui ne-
scit cãpestrib⁹ abstinet armis. ꝛ sunt neu. p̃ter deludo e
ludo ꝛ illudo. sm ꝙ ꝯstruunt cũ actõ q̃ actiua sũt. De lu-
do alee habes in elemosina

Ludul⁹ li. pnlt cor. dimi. puus lud⁹

Luecula le. dimi. pua lues

Lues a luo luis p deturpare dꝛ hec lues luis. i. macula
sordes vel pestilẽtia. morb⁹ repentin⁹. vel dꝛ a labe vt a
luctu qꝛ luctum faciat. Est. n. repentin⁹ langor simul cum
morte veniens.

Lugeo ges xi.ctū.gere.i.flere. Sz vt dixi in fleo fles. lu/gere est cū aliqbus dictis miserabilib⁹ ꝛ habitus muta tōne flere. Lugeo cōponit Collugeo ges.i.simul lugere. Elugeo ges.i.valde lugere. Et hinc incboatiua lugesco Collugesco scis. Elugesco. ꝙ aūt dicit lugeo q̄i luce egeo ꝛ lucens quasi luce egēs ethymologia est. Lugeo cū oi/bus suis ꝯpositis est neu. ꝛ facit p̄teritū in xi. ꝛ supinuz in ctum ꝛ ꝓdu. hāc sillabā lu. vbiqz. Uñ oui. in epi. Infe lix q̄ p̄ma virū lugebat ademptū.

Lugubris a lugeo ges dicitur hic ꝛ hec lugubris et hoc bre. id ē flebil. vñ lugubriter aduer. ꝛ cor. gu. naturaliter

Liuid⁹ da. dū. i. maculosus. vel lue. i. tabe fluens. ꝛ dr a lues. ꝛ liuid⁹ etiā inuenit ꝑ eodem

Lumbago A lumb⁹ dicit hec lūbago ginis. i. lumboꝝ debilitas ꝛ ꝓdu. ba

Lumbare a lumb⁹ dicit hoc lumbare ris. qd̄ ꝛ lumbar baris dicit ꝑ apocopā id est cingulū circa lumbos. quia eo lūbi religent. vel qa lumbis inhereat. Idem dicitur ꝛ corale. ꝛ bracariū ꝛ renale. Sed ꝓp̄rie renale est qd̄ reni bus alligat. sicut ventrale circa ventrem cingulum ꝛ ꝓ/ducit ba. lumbare

Lumbratoriū rij. id ē qd̄ lumbare. ꝛ dr a lumb⁹.

Lumbifragiū gij. id est fractō lumboꝝ. ꝛ componitur a lumb⁹ ꝛ frango gis

Lūbricosus. in lūbric⁹ vide

Lumbric⁹ a lubric⁹ vel lumbus dicit hic lumbricus ci pnlt ꝓducta vmis intestinoꝝ ꝛ terre quasi lubric⁹ qꝛ la bitur vel quia in lumbis sit. Unde lumbricosus sa suz plen⁹ lumbricis.

Lumbul⁹ li. dimi. ꝑuus lūbus ꝛ cor. pnlt

Lumbus bi a libidine dr hic lumb⁹ bi. qa in viri corpe voluptatis causa in lumbis est. sicut in vmbilico in femi nis. vide in vmbilic⁹

Lumen a luo luis dr hoc lumen mis. qa luit. i. purgat ꝛ delet tenebras. ꝛ inde lumine⁹ nea. neū de lumie existēs vel ad lumē ꝑtinens. vel clarus ꝛ luminosus sa. sum. id est clarus. qꝛ ex se habet lumen. Sed luminatū est quod aliunde lumē accepit. ꝛ ꝯpatur luminosus sior. sissim⁹. Simili ꝛ luminatus ꝯpatur.

Luminare A lumē dicit hoc luminare ris. i. lumen vel quod lumen facit. ꝛ hic ꝛ hec luminaris ꝛ hoc luminare

Lumino a lumen dicit lumino nas adiectiuū naui. nare. i. clarificare. lumine illustrare. Et inde lumia tus ta. tum. Et est differētia inter luminosum ꝛ lumina tum sicut dixi in lumē. Et componit lumino cū ad. et di citur allumino nas. Item cū con ꝛ dicit collumino nas Item cum de ꝛ dr delumino nas. i. valde vel deorsuz lu minare. vel lumen remouere. obscurare. Item cum in ꝛ dr illumino nas. Et est actiuū cū omibus suis ꝯpositis ꝛ corr. oia hāc sillabā mi. vbiqz

Luna a lux dr hec lucina pnlt ꝓdu. a qua dēpta media sillaba dr hec luna ne. q̄si lucina qa luce lucet aliena. Lu men. n. a sole accipit ꝛ acceptū reddit. Et est eadem luna dyana ꝛ ꝓserpina. sed luna in celo dicit. dyana in siluis ꝓserpina in infernis. ꝛ a luna dr lunatus ta. tū. i. curua/tus ad modum lune iam dimidie. ꝛ luno nas. i. curua/re. Unđ ouid metha. Lunauit gemma fumosum fortiē arcum. Item a luna dicit hec lunatō onis. i. tempus a q̄ luna recedit a sole. ꝛ postea ꝯsequit eundem. Itē luna tio id est curuatō. ꝛ tunc dicit a luno nas. Luna compo nitur hic ꝛ hec illunis ꝛ hoc ne. i. sine luna. vel obscurus ꝛ hoc semiluniū nij. i. media luna vel temp⁹ quando lu na videt dimidia. ꝛ hoc interluniū nij. spaciū tpis qd̄ vi detur inter defectū lune ꝛ crementū eiusdē. ꝛ hoc pleni luniū nij. tempus qñ luna est plena. ꝛ hoc nouilunium nij. tpus quādo luna est noua. i. cum incipit illuminari a sole. Et nota ꝙ luna corpus est obscurū. ꝛ ꝑ se nō luce; sed lumen accipit a sole. Item nota ꝙ luna minor est q̄ li bet alia stella. ꝛ vicinior terris. Item luna est sexta pars terre. Terra vō est octaua ps solis. Unde colligit ꝙ lūa est q̄dragesima octaua ps solis. Est ergo sol octies ma ior q̄z terra. terra sexies maior q̄z luna. Unde colligitur ꝙ sol est q̄dragesies octies maior q̄m luna. vide in terra. Itē inuenit hec luna ne. ꝑ q̄dam ciuitate oliz edificata ad modū lune iā dimidie. sz mō destructa est. vnđ hic et lunēsis ꝛ hoc se. vide etiā in dyana.

Lunaticus a luna dicit lunaticus ca. cū. q̄ singulis luna/tōnibus vexat ꝛ mente laborat vel qꝛ singulis lunatōi/bus ꝯtingit cū luna plena est. Hos etiā lunaticos vul/gus vocat. qꝛ ꝑ lune cursum cōcomitētur eos isidie de/monuz. Et scias ꝙ ex vicō lune nō patiunt lunatici. sed demones eos his vexant tpibus vt ꝑ lunā infament lu ne creatorē. ꝛ corri. pnlt

Lunula a luna dicit hec lunula le. dimi. ꝑua luna. l' qd̄ dam genus moniliū. Proprie lunule sunt auree bullu le dependētes in similitudinē lune facte. Esa. iij. cap. In die illa auferet dñs ornamentum calciamentoꝝ ꝛ lunu las ꝛ torques. Unde lunulatus ta. tuz. id est moniliat⁹. lunulis ornatus

Luo luis. o. in i. fit lui. ꝛ i. in tum fit lutū. ꝛ est luo equo/cum ad q̄nqz. Nam luere id ē deturpare. vel maculare ꝛ luere. i. purgare vel delere. ꝛ luere. i. punire. ꝛ luere id est ꝑsoluere vel sustinere. vt iste luit penam. i. ꝑsoluit. et luere spectat vel ꝑtinet ad actū verrecū. cum sunt iamo re coeundi. Uerueces luūt quādo coeunt. vel amore co eundi feruēt. Unde vulgo solet dici. Arietes mō sūt lu ti. Luo componit Alluo is. lui. i. abluo vel delauo. vel potius paulatim abluēdo augmēto. Inuenit etiā quā/doqz abluere ꝑ ꝯsumptōne aquaꝝ. Item abluo is. id ē lauare. purgare sordes ꝛ lues remouere. vel cōsumere abluendo. Unđ ablutus ta tū. Item luo cōponitur cuz con et dr colluo luis. id est simul luo. Item ꝯponit cum circū ꝛ dr circūluo is. i. circūcurrere vel fluere. vel circum delauare ꝛ corrodere. Item ꝯponit cuz di ꝛ dr diluo is. id est delauare vel delauādo destruere delere vel purga/re. vel cōmiscere. vel distempare liquere. Unđ dilut⁹ ta tum. Item componit cum e. ꝛ dr eluo is. i. lauare purga re vel delauando destruere. corrodere vel effundere et dissipare. Item componit cum inter ꝛ dr interluo is. id est delauando intercurrere. Item cum p̄ et dr p̄luo is. id est p̄ alijs luere vel delauare. Item cum ꝑ ꝛ dicitur ꝑ luo is. id est ꝑfecte luere vel delauare. Item cum ꝓ ꝛ di/citur ꝓluo is. i. ꝓcul delauare vel destruere delauando vel dispgere ꝛ effundere. Item cū porro ꝛ dr polluo. is. pollui pollutū. Et illud ꝯponit cū vnguo ꝛ dr polligo. inde pollinctor. Item luo componit cum re. ꝛ dicitur re

luo is. i. retro vel iterꝝ luere vel delauare. Luo ꝛ ei⁹ com posita actiua sunt ꝛ faciūt p̄teritū in lui ꝛ sup̄ in lutū ꝛ ꝓ du. lu. in sup̄. Inuenit etiam in luitū sup̄ apđ antiquos. Luo vō sm̄ ꝙ ꝑtinet ad actū verrecū est neu. Item oia ꝯposita a luo redolēt hanc significatōem scz lauare vel delauare. Item qsqz ꝑ se cōsideret an aliqđ composito/rum a luo redoleat hanc significatōz sui simplicis quaz mō assignauim⁹ De p̄dictis significatōibus de luo dā tur tales vs⁹. Ere luo pign⁹ cruce penas. luce tenebras. dicit etiā luere quādo salit ouis

Lupa A lupus dr lupa pe. vxor lupi. ꝛ etiam meretrix dicit lupa ꝓpter similitudinē rapacitatis

Lupanar a lupa ꝑ meretrice dr hoc lupanar naris. id est ꝓstibulū. dom⁹ meretricū

Lupari⁹ a lupa dr hic lupari⁹ rij. ꝛ hec luparia scz ca/nis q lupos ꝓsequit. ꝛ ad hoc officiū est ꝓpapuus.

Lupatū a lupus dr hoc lupatū ti. qđdam gen⁹ aspero/rum frenoꝝ factū ad modū dentiū lupoꝝ q inequales sūt. Simili ꝛ lupatū ineq̄le est ꝛ graui⁹ mordet. Alij dicūt ꝙ lupatū est molinellū ipius freni ꝛ ꝓdu. pa.

Lupercal in lupercus est.

Lupercus a lupus ꝛ arceo ces ꝯponit hic lupercus ci id est pan vel sacerdos panis. Et dicit luperc⁹ quasi lu/pos arcens a pecorib⁹. qꝛ pan. i. deus pastoꝝ lupos ar/cet. Unđ hoc lupercal calis pnlt ꝓdu. festū vel templuz panis. vel fossa pastoraliū ludoꝝ in luco q̄si theatruz fa cta. ꝙ aūt dr luperc⁹ q̄si lucū colēs ethy. est.

Lupullus li. dimi. ꝑuus lup⁹

Lupinariū a lupin⁹ dr hoc lupinariū rij. locus vbi lu/pini abundāt vel crescunt

Lupinetū a lupin⁹ dicit hoc lupinetū ti. loc⁹ vbi crescūt vel abundāt lupini

Lupinus a lupus dr hic lupin⁹ ni. pnlt ꝓdu. qđdaz ge/nus legumis. qꝛ sonitu suo terreat lupos. cum. n. lupus lupinos intrat. ipi folliculi sonant ꝛ ita ille terret. Item lupin⁹ na. nū adiectiuū. res ꝑtinēs ad lupum. vel de lu/poꝝ nis. ꝛ cor. ꝑmam ꝛ ꝓdu. pnlt lupin⁹

Lupus. Licos grece lup⁹ latine. Unđ hic lupus pi. vel dicit lupus q̄si leop⁹. qa quasi leoni ita sit illi vtus in pe dibus. Unde quidqđ pede p̄sserit non viuit. Accipitur etiam lupus ꝑ lupato Unde ouid. tristium. Et placide duros accipit ore lupos. i. frenos. Item a lup⁹ dicit hic lupus pi. qđam piscis. ad similitudinem lupi. qꝛ etiaz in ꝓba voracitate pisces alios ꝓsequit. Lup⁹ etiaz dr ferre/us arpax. q et canicula dr. Et dr sic qꝛ siquid in puteū ce ciderit rapit ꝛ extrahit. Ambro. in. vj. hexame. di. Lupus si prior hominē viderit vocem eripit ꝛ despicit eū tanq̄z victor vocis ablate. Idem si se p̄uisum senserit. deponit ferociā nec potest currere. si in te insurrexerit lupus. pe/tram cape ꝛ fugit. Petra tua xp̄c est. si ad xp̄m ꝯfugias fugit lup⁹. i. dyabol⁹. nec terrere te poterit.

Lura a lues vel luo luis dr hec lura re. id est os vētris

Lurco conis masc. ge. i. auid⁹ et im/ vel cullei. mundus deuorator. q multū ꝛ turpiter comedit. ꝛ dicit sic. vel a lues vel a lura. Unde lurco cas. i. multū et tur/piter vorare. Et lur conin⁹ na nū. Unđ qđam cum vellz aliquem redarguere inqt. Tu habes lurconinā buccam ꝛ ambronina labia. volēs significare ꝙ multū ꝛ turpit co medebat ꝛ libent de bene saporatis.

Lurconinus na nū pnlt ꝓdu. in lurco nis exponit

Luridus a lura dr lurid⁹ da. dū. i. pallid⁹ obscur⁹. tene brosus sordidus. Sed ꝓp̄ie lurid⁹ color. dr color mor/tui. Uel dicit luridus a loro qa huiusmōi habeat cutez scz pallidā ꝛ corri. pnlt

Luscicio onis. ip̄m oculoꝝ viciū

Lusciliosus a lusc⁹ vel luce. dr lusciliosus sa. sum. qui ꝛ lusciciosus sa. sum dr. i. qui vespe nil videt. Et inđ hec lu scicio onis. ip̄m oculoꝝ viciuz

Lusc⁹ sca. scum q tantū habet vnū oculū ꝛ altero caret Et ꝯponit a luce ꝛ carēs. qa lusc⁹ parum lucem habz. vel qa careat luce ꝛ non lucib⁹. Uel ꝯponit a luce ꝛ custos Inde dr lusc⁹ q̄si lucis custos. s. oculi nō oculoꝝ. vel cō/ponit a luce ꝛ sciēs. qa lucez sciat ꝛ nō lucet.

Lusi est p̄teritū de ludo dis.

Luso a ludo dis si. sum su. u. in o fit luso sas. vbuz freq̄n tatiuum a quo lusito tas. aliud frequē. i. breuit vel sepe siue frequent ludere.

Lusor. a ludo dr hic lusor soris. ꝛ lusorius ria. riū ꝛ hoc lusoriū rij. locus vbi luditur

Lusticiosus in lusciliosus est

Lustrabilis in lustralis vide

Lustralis a lustro stras. dr hic ꝛ hec lustralis ꝛ hoc le. Idemqz lustrabilis bile. i. quod facile potest lustrari Itē lustralis le. qđ lustrat vel qđ aptū est ad lustrandū. id ē purgandū. ꝛ circūdandū. vel luminandū. ꝛ cor. stra.

Lustramē A lustro stras. dr hoc lustramen mis. i. pur/gatō vel circūitio. vel luminatō.

Lustricus a lustro stras dicit hic lustricus ci pnlt cor. id est nou⁹ dies nascentiū. ꝛ forte in tali die puer purga batur apud gentiles

Lustro stras straui. stratū strare. i. purgare piare. ꝛ lu strare id est circūire circūdare. ꝛ lustrare. i. luminare se/renare. Unđ versus. Lustro circūdo designat siue sere/no. Purgo circūeo. lumino siue pio. Lustro componit Collustro stras. i. simul lustrare. Illustro stras. i. valde lustrare. illuminare. circūdare. purgare. vnđ hic ꝛ hec il lustris ꝛ hoc stre. Prelustro stras. i. p̄ alijs lustrare. vñ p̄lustris. Perlustro stras. i. ꝑfecte lustrare. Sublustro stras. i. subt⁹ vel parū lustrare. vnđ hic ꝛ hec sublustris ꝛ hoc stre. i. paruz lucens. ꝛ quasi obscur⁹. Lustro stras. cum omib⁹ suis ꝯpositis est actiuū ꝛ ꝓdu. lu.

Lustro onis. masc. ge. dr a lustro stras. ꝛ dr lustro ille q vagus est ꝛ nil aliud agit nisi qđ foras lustrat

Lustrū stri. dr a lustro stras ꝛ dr lustrū spaciū q̄nqz an noruz. qꝛ olim sp̄ in fine q̄nquennij solebāt lustrare ciui/tatem et purgare. faciendo in circūitu eius amburbale. Simili faciebāt circa agros. vnđ in himno. Lustra sex q iam pacta ꝛc. Item lustrū dicit obscurū latibulū fera/rum. i. cubile feraꝝ. Et lustrū dicit lupanar meretricum ꝛ in vtraqz significatōne dicit a lustro stras. ꝑ ꝯtrariuz qꝛ parū illustrat. i. illuminat. qa scz sunt abdita et obscu ra. sunt ergo lustra feraꝝ. ꝛ sunt lustra meretricū. lustra feraꝝ sunt eaꝝ obscura latibula. vel cubicula in siluis. Lustra meretricū sunt lupanaria in ciuitatib⁹ vel subur bijs. Uñ vsus. Lustra cubile fere. q̄nquennia lustra fue re. Uel sic Lustrū circūitus spaciū. purgatō silua. Et no

ta q in himno de passione xpi dicendū est. lustra sex qui iam pacta. qa est metrū trochicū. 7 dr trochaicū a trocheo quē recipit in quolibz loco impari. s. in pmo tercio. quinto. septimo. sed in loco pari recipit tā spondeū qz trocheum. vnd patet q non debet dici lustris sex q iaz pactis temp9 implens corporis. qr pmus pes nō debet eē spondeus. imo trocheus cum sit locus impar. Constat autē trocheus ex pma longa sillaba 7 vltima breui. Est ergo dicendū. Lustra sex q iam pacta tpus implens corpis. 7 tunc tpus venit appositiue ad lustra

Lusus sus. sui. i. loc9 a ludendo dict9 fm pap

Lutat9. a lutum p ceno dr lutatus ta tū. 7 est lutat9 inunctus 7 luto inuolut9. et ponit simpliciē p inunct9. et luto obuolutus. 7 est tractū a porcis q se luto obuoluūt 7 pōt esse pticipiū de lutor taris passiuo

Lutera lutū dr hic luter teris. i. concha vel cantar9 aquarius fm hug. Luter etiā dicit lauatoriū 7 quodcūqz vas purgandis sordib9 deputatū a luo luis qd est purgare Vn qdam. Hic luteres vasa purgādis sordib9 apta.

Lute9 a lutus p calore dicit luteus tea. teū. i. crocc9 vel quasi rubeus vel roseus. vnd luteolus la lū. Item a lutum p ceno dicit lute9 tea. teū. i. sordidus. vel luto plen9 Item lute9 dr de luto exīs vel ad lutū ptinēs

Lutum a luto p ceno dr luto tas. i. inqnare obuolucre Et cponit alluto tas. Colluto tas. 7 est actiuū cū omnibus suis cpositis. 7 corr. hāc sillabā lu

Lutosus a lutum p ceno dr lutosus sa. sum. i. luto plenus vel sordidus. Inuenit etiā lutuosus sa. sum.

Lutulent9. A lutum 7 lentos quod est plenū compoitur lutulent9 ta. tum. 7 dicit lutulent9 sordidus. fetidus luto plenus. Et compatur lutulent9 tior. tissim9. vn lutulente tius tissime aduer. 7 hec lutulentia tie. i. feculentia. fetidus. sordidatō

Lutum a luo is. p turpare vel maculare dicit hoc lutū luti. sordes terre. cenū. Vel lutū dr quasi lotū p ctrariū qa non sit lotū. i. mundum. Et scias q inuenit hic lutus ti. p quodam colore croceo. 7 quasi rubeo. 7 differūt in tempe qr lutus p colore pmam pducit. sed lutū p ceno eam corri. licet qnqz gratia metri hec distinctō cfundat Item lutū est supinū de luo is. 7 tunc pducit pmaz. vnd vsus. Tell9 vnda lutū faciūt 7 a luo lutū. Itē. Cenum dico lutū. croceus color est tibi lut9. Vas luteū fragile toga lutea tegmen herile

Lut9 ti. in lutū exponit

Lutuosus a lutum dr lutuosus sa. sum plen9 luto

Luuio. A lues luis dr hec luuio onis. i. tabes. flux9. fetiditas sordes vel turpis voracitas. Vnde in himno. Mentib9 pulsa luuione. i. tabe vicior vel fetiditate

nisi sm q mouet a pncipali agēte.⁊ q2 pene satisfactorie infligēde vt medicine sunt Nā sm pħm in.ij.ethi. Pene medicine qdam sunt.sicut medicine in arte determiate nō omnib⁹ ꝯpetūt.ſ3 variāde sunt sm medici arbitrium nō ppriā volūtatē sequētis.ſ3 medicine sciam.Ita pene satisfactorie in canone determiate nō ꝯpetūt omibus ſ3 variāde sunt sm arbitriu3 sacerdotis diuino instinctu regulatū.Sicut aūt medicus aliqñ prudent nō dat medicinā efficacē q ad morbi curatō3 sufficiat.ne ppter debilitatē nature maius piculū oriat Ita sacerdos diuino instinctu mot⁹ nō sp totā penā q vni pctō debet iniungit.ne infirmus aliqs ex magnitudine pene desperet ⁊ a penitētia totalr recedat. Vñ dicit criso. Sicut si fascem sup humeros adolescētis.quē nō pōt baiulare posueris necesse habz vt aut fascē reijciat.aut sub pōdere ꝯfringat.Sic ⁊ homi cui graue pōdus penitētie iponis.necesse est vt aut penitētiam reijciat.aut suscipiendum sufficere nō potest scādalizatus ampli⁹ peccet De inde si erramus modicā pniam imponētes. Nōne melius est ppter misericordiā rōem reddere aut errare q3 ppter crudelitatē.q2 vbi est paterfamilias largus.dispēsator nō debet esse tenax. Si deus benign⁹ vt qd sacerdos eius auster⁹. Vis apparere sanct⁹. circa vitā tuam esto austerus.circa alienā aūt benign⁹ Audiāt enim te homies pua mandātē ⁊ grādia videāt facientē. Hic etiā nota q pnia a sacerdote iniūcta.aut est maior.aut equalis.aut minor.Si maior tūc illud qd penitēs plus fecerit.cum morit cedit ei ad augmentū glē. Si equalis tūc sufficit ad dimissionē totius culpe ⁊ pene. Si minor. tūc illud qd restat supplebit in purgatorio ex vtute diuine iusticie. Deus eni q modos ⁊ mēsuram pctō⁊ ⁊ pena⁊ nouit.addit penā sufficientē. ne aliqd impunitum pctūm remaneat.vide in clauis ⁊ in excuso. S3 forte dices sicut dicit btūs greḡ. Facilitas venie incētiuum pbet delinquēdi.ſ3 deus nō deb3 dare alicui occasionem peccādi.ergo nō debet dare locū pniā3 iterādi. Ad hoc respōdeo. Iustus de⁹ sicut sūme iusticiā diligit. ita peccatum sūme odit.⁊ ita qntū ex ipo est. patus est ipm destruere sp dūmodo ex pte homis nō remaneat vt penitentiā negligat vel ꝯtēnat. Nec obstat q qda3 ex hoc sumunt occasionē delinquēdi.q2 ex ꝯtrario sumerēt occasionem desperādi qd esset graui⁹ Pōt hic igit queri An pnia possit iterari. Ad hoc dico erroneū est dicere. q pnia nō possit iterari.⁊ misericordie diuine ꝯtrariu3 Causa aūt quare iterat.cū baptismus nō iteret est quadruplex. Prima est.q2 pnia nō imprimit caractere3 sicut baptism⁹.caracter aūt indelibilis ē. Scda aūt causa est q2 baptismus est ꝯtra morbū nō iterabilē sc3 originalis peccati.penitētia aūt est ꝯtra actuale peccatū qd iterat. Tercia aūt causa est.q2 baptismus hab3 totā efficaciam a passione xpi sine actu nostro. Et iō q2 passio xpi ē vna tantū.q2 xp̄c resurgēs ex mortuis iā nō morit.agit ⁊ baptismus est vn⁹ S3 pnia etiā reqrit actū nostr̄.⁊ iō rōe eius iteratō3 suscipit. Quarta causa ē.q2 baptismus est generatō spūalis.ſ3 pnia est quedam curatō spūal'. Semel aūt generat aliqs.ſ3 pluries curari siue sanari pōt q3diu in hac vita viuit Et scias q btūs hiero. tractan. illud euāgelij. Omēs vos scandalū patiemi in me sic dicit. Omēs cadūt ſ3 nō oēs iacēt Carnale ē cadere ſ3 dyabolicū est iacere. Vide i caritas. Itē dicit btūs hieronimus. Penitētia est secūda tabula post naufragiū.⁊ d2 secūda tabula respectu baptismi q est pma tabula. Ad hoc etiā facit qd dicit btūs berñ.in smone.lvij. tractans illud cāticor⁊. Tps putatōnis aduenit Quis inquit ita ad vngue oia a se supflua resecauit.vt nil se habere puter putatōe dignū. Credite mihi ⁊ putata repullulant ⁊ effugata redeunt.⁊ reaccēdunt extincta ⁊ sopita denuo excitant. Pa⁊ est ergo semel putasse sepe putandū est. imo si fieri posset sp.q2 sp qd putari oporteat.si non dissimulas.inuenis. Quātūlibet in hoc corpe manēs pseceris.erras si vicia putas emortua.⁊ nō magis ꝯpssa.vel nolis intra fines tuos habitet hiebuseus.subiugari potest ⁊ nō pōt extermiari Ad qd aūt opa de genere bonorum facta extra penitētiam valeāt dixi in opus.vide etiam in rомphea

Peniteo.a pena d2 peniteo tes.tui.q2 pena agit vt peniteamus. Vñ penitere d2 qsi penā tenere.⁊ ē ethimologia. Et peniteo ꝯstruit cū gtō.vt peniteo peccati.vñ penitet impsonale.⁊ ꝯstruit cū actō ⁊ gtō vt penit3 me peccati.i.pnia pcti hab3 me. S3 qñ ponit cū infinitiō reqrit tantū actūm.vt penitet me peccare. Et nō pōt adiūgi cū infinitiuo nisi impsonaliter.q2 ille infinitiu⁹ ponit loco gti.vt penitet me peccare.i.pcti. Et iō nō poss3 supponere vbo psonali. Et idē intelligas de alijs impsonalibus q ꝯstruunt cū actis ⁊ gtis.vt tedet miseret.piget. ⁊ pud3 ⁊ scribit p oe dyptongū.poeniteo tes.

Penitudo dinis femi ge.id est.pnia. Regū pmo.c.xv. d2. Penitudine nō flectet.

Penitus.a pene aduer.d2 penit⁹ aduer.intētiuū.i.omnino.ex toto.vñ penitus ta tū.i.secret⁹.interior.intimus vñ d2 penitus quasi pene intus. vel potius quasi panitus.i.totus intus.⁊ compat penit⁹ tior simus. vnde penite tius sime aduerbiū.

Penitus ta tū.in penitus est.

Penna a pēdeo des.d2 hec pēna ne.q2 pēdeat.i. volet. q2 auxilio penna⁊ mouent aues ⁊ volāt. vel pēna d2 a pennū qd est acutū.q2 acuta sit.vñ hec pēnula le.dimi.⁊ pennosus sa sum.⁊ pēnatus ta tū

Penno a pēna dicit pēno nas.i.pēnis tegere.vel ornare.⁊ ꝯponit.depēno nas.expēno nas.i.pēnas auferre. impēno nas.i.pēnas imittere vl' pēnis implere

Pennula a pēna dicit hec pennula le dimi.i.pua pēna vel pennū idē est quod acumē.vñ hec pennula le.suma ps auris.ab acumine dicta

Pennū ni.dicebāt antiq acutū.vñ hoc pēnu3 dicit acumen vel extremitas ferri acuti.

Pensatōnes.id est.pcuū.exolutō.tributa. liberatōnes. Paralip.li.ij.c.xxvj. Deditq3 eis pat suus multa munera auri ⁊ argēti ⁊ pensatōes

Pensilis a pēdeo des.dicit hic ⁊ hec pensilis ⁊ hoc le pnl'.corr.i.leuis Reciproca eni sunt pensilis ⁊ leuis.id ē vnū ponit p alio vicissim.vñ pensilit aduerbiu3.i.leuit. ⁊ hec pensilitas tis.i.leuitas. Et compōit.ppensilis le.id est.valde leuis. Vnde ppensibilit aduerbium.⁊ hec perpensibilitas tatis.

Pensio a pendo dis dicit hec pensio onis.i. liberatio.

equatio vel pōderis equalitas.⁊ pēsio pcij solutō vl' tpsum tributū.vel pcium qd dat p agro ad pensionē ptinens.vel q pensionē reddit sm hug.

Pensionarius in pēsio est

Pensius.vide in pēsus.

Penso sas vbum frequē.de pēdo dis. pēsum.⁊ est pēsare frequēter pēdere vel eqre. A quo pēsito tas. aliud frequē. Itē pēso sas.pōt deriuari a pēsum si.⁊ tūc penso idē est qd cogito.delibero.vel pōdero. trutino.equo. ſ3 sm hāc significatō3 pōt esse frequē.a pēdo is.vt dictū ē.

Pensum a pēdeo des d2 hoc pēsum si.i.deliberatō. cogitatō.ꝯsilium.q2 dū aliqd deliberam⁹ pēdemus .id est in pēdulo ⁊ dubio sum⁹. S3 hoc pēsum d2 mulie⁊.s. lana vel linū ad op⁹ datū vel filatura.⁊ d2 a pēdo vl' a pōdus.q2 ad pōdus ⁊ mensurā dabat.

Pensus a pēdo dis deriuat pēsus sa sum.i. psolut⁹ vl' suspēsus.vel pōderat⁹ vel librat⁹.eqtus.⁊ sm hoc ꝯpat pensior simus.vñ pēse sius sime aduer. Vñ in epla telias pape In episcopio positi sūt in celesti militia.que pensius pōderanda est.

Penta grece latine qnq3 d2.

Pentacontarchus chi.pncepsi ⁊ maister sup qnq3 homines. Vñ in pmo mach.iij.c. Constituit iudas duces ppli cēturiones ⁊ pētacōtarchos.⁊ d2 a pēta qd est qnq3 ⁊ archos pnceps. Vel vt qdam dicūt pētacōtarchus dicitur q quinqginta regit.ſ3 pētarcha q quiq3. Vñ in grecismo d2 Quinqginta regēs pētacontarcha vocat Pētarcham dices q sibi qnq3 tenet.⁊ hoc videt verius.⁊ potest ꝯponi pētacōtarcha a pēta qd est qnq3.⁊ costes decem.⁊ archos pnceps.qsi pnceps supra quinquaginta. Pētarcha vō ꝯponit a pēta qd est qnq3.⁊ archos pnceps.quasi pnceps supra qnq3

Pentagamus ma mū.pnl'.cor.q vel que cum qnq3 nupsit.vnde hec pētagamia mie.i.qnq3 nuptie vl' pprietas qua aliqs d2 pētagamus.

Pentameter a pēta qd est qnq3 ⁊ meter tra trū. ꝯponitur pētameter tra trū.pnl'.naturalit correpta.i.vsus cōstans ex quiq3 pedibus.vñ illud ouidij Nil mihi rescribas attamen ipe veni.

Pentangul⁹ a pēta quiq3 ⁊ angul⁹ ꝯponit pētangul⁹ la lū.i.quiq3 angulos habēs.vñ pētangulat⁹ ta tū.⁊ substantiue d2 hic pētangul⁹ li.p tali figura.

Pentaphilon.herba a numero folio⁊ dicta. Hanc latini quiq3folium vocāt.⁊ ꝯponit a pēta quiq3 ⁊ philon foliu3

Pentapolis.a pēta quiq3.⁊ polis ciuitas ꝯponit hec pētapolis lis.pnl'.cor.ciuitas habēs sub se quiq3 ciuitates.vel regio in se ꝯtinēs quiq3 regiones ⁊ hinc spāliter qdam regio in cōfinio arabie ⁊ palestine sita dicta est pētapolis a quiq3 ciuitatib⁹ impio⁊ q celesti igne ꝯsumpte sunt.i.sodoma ⁊ gomorra. adama. zeboim.⁊ bale ipa est segor. Est ⁊ alia pētapolis in libia similiter dicta a quiq3 ciuitatib⁹. Eadē etiā cā regio qda3 dicta est tripolis a tribus ciuitatib⁹.

Pentaptotus ta tum.pnl'.correpta nomē habēs quinq3 terminatōes vt domin⁹.⁊ d2 a pēta quinq3 ⁊ ptotos casus.quasi habēs quiq3 casus.

Pentarcha in pētacontarch⁹ vide.

Pentateuc⁹ ci.liber distinctus in quiq3 voluminibus vt sūt quiq3 libri moysi.⁊ ꝯponit a pēta quiq3 ⁊ teucos volumē. Inde pētateuc⁹ pnl'.pdu.i.quiq3 volumina vl' liber distinct⁹ in quinq3 voluminib⁹.

Pentecoste a penta quiq3 ⁊ costes decē ꝯponit hoc pētecoste.hui⁹ pētecostes.vel hoc pentecosten indeclinabile.q2 quiquies decē dies sunt a resurrectōne dñi vsq3 ad pentecosten vtroq3 die incluso.⁊ acuit in fine. Et est equiuocū pentecoste ad quinqgenā.⁊ ad solennitatē septem dieb⁹ ptelatā. Vñ in actibus aplo⁊. Cū ꝯplerent dies pētecostes.i.quinqgesime. Illa eni dies erat quinquagesima a resurrectōe. Et cū inchoarent dies pētecostes.i.illius solēnitatis septē dieb⁹ ptelande .erāt omēs discipuli in codē loco in quo facta est electō mathie. sc3 in cenaculo. Ideo aūt in quinqgesimo die missus est spiritussanct⁹ vt ostendat quoniā a spūscō est legis pfectō ⁊ pctō⁊ remissio. Legis pfectō.q2 sm glosam a die agni immolati quinqgesima die data est lex in igne In nouo etiā testamēto quinqgesima die a pascha xpi descendit spūsscūs in igne Lex in mōte sina.spūs in mōte sion Lex in sublimi mōtis loco.spūs dat in cenaculo. Vñ p hoc insinuat q ipe spūsscūs est pfectō totius legis. q2 plenitudo legis est pfectō. Itē a spūscō est peccatorum remissio Vñ glosa ibidē dicit Iō in quinqgesima die q2 indulgētia fiebat in iubileo.⁊ p spūmscūm pctā remittuutur In spūali iubileo rei soluunt.debita dimittunt. exules i patriam reuocant.hereditas amissa reddit suis.i.homies peccato venūdati.a iugo suitutis liberant. vide in iubileus.⁊ in phase.

Penter⁹ grece latine socer. Pētera vō socr⁹ d2.

Pentimemeris. Meris ꝯponit cū pēta.qd est quinq3 ⁊ hemis qd est semis.i.dimidiū.⁊ d2 hec pentimemeris ris.i.media diuisio.vel media ps vsus pētametri. qsi semiquinaria diuisio vel ps. Vñ ps. Est eni dimet⁊ iambicum ꝯiunctū pētimemeri.heroice. Itē pentimemeris potest esse ꝯpositū a pēta ⁊ memeris. qd est idē qd meris. Inde pētimemeris.qsi quinaria diuisio vel ps versus ꝯstantis ex quiq3 pedib⁹. Itē pētimemeris d2 qda3 spēs cesure p quā post duos diuersos pedes in pncipio tercij pedis sillaba naturalit correpta pdu.vt p3 i hoc exemplo Qui petit excelsa deb3 vitare ruinā.ecce hec sillaba sa pducit cū sit naturalit breuis.⁊ qi subleuat quadam pductōe ⁊ fit ad ostendendū q licet ille due sillabe sc3 sa.⁊ de.efficiāt vnū pedē.tñ nō sunt eiusdē dictōis.et d2 pētimemeris.quasi diuisio sup quintā sillabā.qd dicitur respectu duo⁊ spōdeico⁊ pedū.q2 si duo spondei pcedunt.qttuor sillabe pcedēt ⁊ erit diuisio sup quintā sillabā.⁊ si duo dactili vel dactil⁹ ⁊ spōdeus pcedāt. sp p duob⁹ spōdeis reputant. Pētimemeris ꝯponit cum anti qd est ꝯtra ⁊ d2 hec antipētemeris.⁊ cor.pnl't.

Penula a pēdeo des d2 hec penula le.i.palliū quoddā ⁊ pprie cū lōgis fimbrijs.vel d2 a penis populis. q2 maxime tali veste vtunt.⁊ apud quos initiū habuit. Iuuenalis. Et multo stillaret penula nimbo.⁊ inde penulat⁹ ta tum.illo pallio indut⁹.vel illō palliū habēs sm hug. In secūda aūt epla ad thimo.c.iiij.dicit apl's. Penula3 quā reliqui troade apud carpū veniēs.affer tecum ⁊ libros vbi sic d2 in cōtinuo.hec penula sm haymonē data fuit patri pauli in insigne a romanis qñ suscept⁹ est.

in sociū ⁊ ciuē romanū. Vñ ⁊ paulus se ciuē romanū appellat. Penula eni vestis erat cōsularis. q̄ induebātur cōsules romani ingredientes curiā. Hanc aūt penulam siue vestē paulꝰ post mortē patris ob recordatōem sibi retinuit. vel penula hic dr volumē legis. vñ di. hieronimus. Volumē hebreū replico. qđ paulus iuxta q̄sdam penulā vocat. ⁊ cor. nu

Penulatus ta tū. in penula est

Penultimus ma mū. i. pene vltimꝰ. scʒ q̄ est in scđo loco añ vltimū ⁊ cōponit a pene. i. fere. ⁊ vltimꝰ

Penuria a penꝰ. dr hec penuria rie. i. inopia. egestas. paupertas. ⁊ ꝓprie que in penore est. fm hug. Et scias q penus cor. pmā. sʒ penuria eā ꝓducit. vñ virgilius eney. vij. Exiguā in cererē penuria adegit edendi. Et iđo videt q huiusdā q penuria dr quasi penurgia a pena ⁊ vrgeo. vel a pena ⁊ vro vris. quasi pena vrens vel vrgens. vl' dic q est ethimologia.

Penus a peno grece latine dr nutrio. vñ hic penus ni ⁊ hec penus ni. ⁊ hoc penū ni. ⁊ hic penꝰ nus nui. ⁊ hoc penu indeclina. ⁊ hoc penus oris. omīa in eodē sensu. i. cellariū. q2 in eo reponunt ea vñ hoīes nutriunt. Et nota q penora etiā dicunt res necessarie ad nutrimētum. vel victū quotidianū. fm hug. ⁊ p̄l. in. v. li. fere idē dicit ⁊ corr. pmā penus ⁊ penu. Sed penꝰ ꝓ cartaginensi populo ꝓdu. pmā. Vñ visus. Est ꝓplus penus. seruat edēda penus. Et vt dicit pap. Poenus. i. afer. p oe scribit. Sed penus ꝓ cellario sine o scribit

Peon medicꝰ q̄dam fuit. a quo poenia herba phibet esse inuēta. Itē peon fuit q̄dam autor. a quo quidā pes inuētus dictus ē peon. ⁊ cōstat ex q̄ttuor sillabis quilibʒ peon. Sunt eni quattuor peones. ⁊ sunt cōtrarij epitritis. Peon pmus cōstat ex pma longa ⁊ tribꝰ breuibus sequētibus. vt legitimꝰ. Peon secūdus ex scđa longa ⁊ ceteris breuibꝰ. vt amabilis Peon tercꝰ cōstat ex tercia longa. ⁊ tribus reliq̄s breuibꝰ. vt habitator. Peon q̄rtus ex quarta longa ⁊ p̄cedentibus breuibꝰ. vt habilitas humilitas. A peon dr peonicꝰ nia niū. ⁊ peonicus ca cū Et scias q peones ab inuētore nomē sʒ ordinē ex situ lōge sillabe sortiunt. Nā pma lōga facit pmū peonē. scđa secundū. ⁊ sic de ceteris. vt patuit

Pepedi est p̄teritū de pedo dis. ⁊ ꝓdu. pnl'.

Pepegi est p̄teritū de pāgo gis. i. pactū feci.

Peperi est p̄teritū de pario ris.

Peplum pli. est matronale palliū ex purpura signatū cuiꝰ fimbrie aurei stamīs summitate resplendēt ⁊ vt dicunt ꝓprie capitis est

Pepo onis. masc. ge. idē est qđ melo onis. fm hug. et vt dicit pap. Pepo grecū est. ⁊ origo eius latinis incerta. cuiꝰ natura nimiū frigida difficile digerit. ⁊ crescit in similitudine cucurbite. ⁊ debet ꝓdu. penl'. in. ij. nūero ꝑ pepones. Vñ in aurora dr. Olla ꝑ carnes peponū fercula porros. Cepas pmāna turba gulosa petit

Pepuli pnl'. cor. p̄teritū de pello lis.

Per p̄positiō aliqñ p̄uat. vt pfidus. i. qui nō habet fidē Itē iurat vel adiuratiōʒ signat. vt p deū iuro. Itē p. dicit causam. vt p studiū fit hō sapiēs ⁊ p virtutē laudabilis. i. causa studij. eā virtutis. Itē signat locū vt p italiā trāsiui Et in lucano. Bella p emachios plus q̄ ciuilia campos

Item signat tps. vt p diē lego. Itē auget. vt perpulcer. i. valde pulcer.

Pera a peri qđ est circū dr hec pera re. i. sacculus q̄ tasca vulgo dr. q2 lata sit ⁊ sinuosa. fm hug. Vel vt vult pap. Pera est pellis a collo pendēs pendens vsq2 ad lūbos. Est aūt habitꝰ ꝓprie necessariꝰ ad opis exercitiū. Hec etiā melotis dicit. Itē pera sportella. sacculꝰ pastoralis. i. mātica. vel vt dr in historijs sup pmo regū. c. xvij Pera est vas in q̄ mulget vl' panis portat.

Perago gis. egi. actū. i. pficere. ex p ⁊ ago gis cōponit.

Peragro. ab ager agri. deriuat agro as. qđ nō est in vsu Sed inde cōponit pagro gras. i. sine māsione certa huc ⁊ illuc ire. vñ hic pagrator toris. pagratrix. pagratio. Et cor. naturalit pnl'. pagro gras.

Peramplius i amplus pla plum vide

Percello a p. et cello lis cōponit pcello lis. pculi. pculsum pcellere. i. pcutere vel ponꝰ terrefacere Percutere eni ptinet ad corpꝰ. pcellere ad animā. fm hug. Et vt dicit magister bene. Cello facit cecul. qđ mō nō est in vsu. a quo deriuat celtes ⁊ culpa. Cum suis aūt cōpositis est in vsu. vt pcello lis. pculi pculsū Pap. vō dicit. Percello. occido. obruo. elido. pcutio. ampuio.

Percensitꝰ in cēseo ses. vide.

Percipio. ex p ⁊ capio cōponit pcipio pis. pere. i. pfecte cape vel intelligere. ⁊ cor. ci.

Percontor taris. vide in cōtor cōtaris supra i c. lrā.

Perculi pnl'. cor. p̄teritū est de pcello lis.

Perculsus sa sū. aio cōmotꝰ. pterritus. pturbatꝰ. a pcello lis. culi culsū. fm papiā.

Percutiō ex p ⁊ cutiō tis. vel quatio tis. cōponit pcutio. tis. pcussi sum. pcutere. i. ferire. ⁊ scribit p t. pcutiō in pnl'. sillaba. qđ pōt cōgnosci in secūda psona pcutis ⁊ pcutit sed t. accipit sonū de c. in pcutio. Et scias q in diuina pagina aliqñ qs dr pcutere in ore gladij. i. pcutere i gladio ⁊ est modus loquēdi scripture. ⁊ cor. cu

Perdiuio a pdo dis. vel a pditꝰ ta tū pditi. addita o p formatiōʒ fit hec pdiuō onis. i. amissio. vnde in aurora dr Sunt tua pdiuō nobis q̄ dona parasti.

Perdius dia dium. id est. iugis. cōtinuꝰ. ⁊ est cōpositū. a p. et diu. ⁊ corripit di.

Perdix a pdo dis dr hec pdix cis. ⁊ est pmiscui generis sub vna voce ⁊ vno articulo scʒ femino cōphendēs virū q2 sexū. ⁊ est adeo fraudulēta vt alteri pdici oua dep̄eñs foueat. sʒ fraus fructū nō habet Nā cū pulli vocem ꝓprie genitricis audierint. naturali quodam instinctu hāc que fouet relinquūt. ⁊ ad eandē q̄ genuit recurrunt Preterea auis ē adeo immūda q masculꝰ in masculū insurgit. et obliuiscit sexū libido p̄ceps. et si masculꝰ nidum sue cōiugis inuenit. destruit et oua eius absorbet. Dicit ergo pdix a pdendo eo q amittit oua sua ⁊ aliena foueat. vel q2 destruat nidū. Vel dicta est pdix a pdico. nepote dedali. quē fabule dicūt in illā auē mutatū fuisse fm hug. ⁊ ꝓdu. pnl'. gtū pdicis. Isidorus aūt. xij. ethimo. dicit. Perdix de voce nomē habʒ auis dolosa atq2 immūda. Plinꝰ etiā dicit hāc pdicis esse naturaʒ. vt oua alterius pdicis vel aliena furet. ⁊ eis incubet foueatq2 cunq2 fetus adoleuerint auolare ab ea. ⁊ alienū parēte relinquere. Vñ ⁊ hiere. dicit. c. xvij. Perdix fouit q̄ nō peperit fecit diuitias ⁊ nō cū iudicō. in dimidio dieꝝ suorum derelinquet eas. ⁊ in nouissimo suo erit insipiēs. Huiuscemodi vt dicit hiero. sunt q aliena diripiunt. et absq2 recogitatōne iudicij faciūt diuitias. nō cū iudicō quas in medio tēpoꝝ derelinquūt subita morte subtracti. qñ dr eis. Stulte hac nocte repetēt animā tuā a te. que aūt pparasti cuiꝰ erūt. Nihilq2 insipiētius q̄ non puidere nouissima. ⁊ breuia putare ppetua Ambrosius vō in exameron dicit. Perdicē ferūt astutā q̄ aliena oua diripiat. hoc est. pdicis alterꝰ. ⁊ corpe fouet suo sʒ fraudis sue fructū habere nō posse. q2 dum eduxerit pullos amittit eos q2 vbi vocē eius audierint q̄ oua generauit. relicta ea ad illā se naturali quodam munere ⁊ amore cōferūt. quā verā sibi matrē ouoꝝ generatōe cognouerūt. significātis hāc nutricis fungi officō illā parētis. Itaq2 incassū pprios fundit labores. ac fraudis sue p̄cio mulctat. vñ ⁊ hieremias ait. Clamauit pdix ⁊ cōgregauit q̄ nō pepit. i. oua cōgregauit ⁊ clamauit q̄si ouans sue fraudis effectu. Sʒ ledit opa. q2 impenso labore alij educit. quos ipa diuturno fetu sedulitatis animauerit. Huiꝰ imitator est dyabolꝰ q̄ generatōes creatoris eterni rape cōtēdit. Et si quos insipiētes ⁊ sensus pprij carētes vigore potuerit cōgregare. fouens eos illecebris corporalibus. Sʒ vbi pmū vox xp̄i puulis fuerit infusa discedūt. atq2 ad eā se cōferūt matrē. que pullos suos sicut auis materno amore suo cōplectit. Cōgregauit itaq2 dyabolus gētiles quos xp̄c creauerat. sʒ vbi in euangelio suo vocē xp̄c emisit. ad eū se potentissimū cōtulerunt. q̄s sub vmbra alaꝝ suaꝝ ipe suscepit. ⁊ matri dedit ecclesie nutriēdos

Perdo ex p ⁊ do das. cōponit pdo dis pdidi pditū. pdere. i. amittere. delere vl' destruere Vñ vlus. Amitto. pdo. destruo. pdo notat.

Peredia a p ⁊ edax cōponit hec pedia die. i. edēdi superfluitas. sicut bibula bibendi.

Perefluo is. in fluo is vide.

Peregre. a pagro gras dr pegre aduer. i. ad pegrinandum. sicut in euāgelio dr. Hō q̄dem pegre pfectus est. ⁊ signat de loco p locū ⁊ in loco. Vñ dicit p̄l. in. xv. libro. pegre cōe aduerbiū. vt pegre sū. pegre abeo. pegre aduenio. pegre trāseo. Et scias q pegre nō debet acui in fine.

Peregrinꝰ a pegre dr pegrinꝰ na nū. q̄i pgens longiꝰ. vñ dicunt pegrini q̄si pagrātes. vñ pegrinor naris. deponētale. i. exulare. ⁊ ꝓdu. gri pegrinus.

Peremi est p̄teritū de pimo mis. ⁊ ꝓdu. pnlt.

Peremptꝰ pta ptū. i. ociosus a pimo mis mi ptū.

Perendie aduer. tpis cōponit a pempta ⁊ vna ⁊ die. q̄i pempta vna die scʒ ista. i. in sero vel cras. qđ non credimus. imo perēdie. i. post cras. sic eni p̄cedimus. hodie. cras. pendie. postridie. Et dr pendie q̄i pempta vna die qđ nō potest dici de hodierna die. cū de ea nō restat spacium vnius diei. Sic ergo ꝺ crastina intelligit. Est ergo pendie idē qđ post cras. Vñ plautus. Que cras veniet pendie foras efferet soror Regū. xx. c. Dñe israel si inuestigauero sentētiam patris mei crastino vel pendie. vñ pendino nas. pnl'. corr. i. morari p vnū diē scʒ vsq2 in tercium diē. Ponit tñ q̄nq2 simplicit p morari. Et transitiue positū inuenit p plongare. vel cōponit pendie a penni ⁊ die. Inde pendinare. id est. vnum diē vel plures in ocium trahere

Perendino nas. in pendie vide.

Perennis. annus cōponit cū p. ⁊ cōuersa a. in e. dr hic et hec pennis ⁊ hoc ne. i. iugis ⁊ q̄si ppetuꝰ. vñ pennit aduer. i. iugit. ⁊ hec pennitas tis. i. iugitas ppetuitas. ⁊ dʒ scribi p duo n. fm hug. Papias vō dicit. Perennis q̄i perpetuus annus.

Pereo. ex p ⁊ eo is cōponit pereo ris iui. vl' perij peritū pnl'. cor. vide in eo is. ⁊ cor. pe pereo. Vñ q̄daʒ. Vestibꝰ ⁊ peris flumine petre peris. ⁊ ouidius epistolaꝝ Optima nō vllo causa tuēte perit.

Perfectio a pficō cis. dr hec pfectō onis. ⁊ formatur ab hoc gtō pfecti addita o. Et scias q pfectō caritatis pōt intelligi dupliciter. Vno mō ex pte diligibilis. alio modo ex pte diligētis. Ex pte q̄dē diligibilis pfecta est caritas vt diligat aliqđ qđ diligibile est. Deꝰ aūt tantū diligibilis est q̄ntū bonus est. bonitas aūt eiꝰ est infinita. vñ infinite diligibilis est. Nulla aūt creatura potest euʒ diligere infinite. cum q̄libet vtus creata sit finita. vñ p huc modū nulliꝰ creature caritas potest eē pfecta. sʒ solū caritas dei q̄ deus seipm diligit. Ex pte vō diligentis caritas dr esse pfecta. qñ aliq̄s fm totū suū posse diligit. qđ quidē cōtingit dupliciter. Vno mō sic q totū cor hoīs actualiter sp ferat in deū. ⁊ hec est pfectō caritatis patrie que nō est possibilis in hac vita. in q̄ impossibile est propter humane nature infirmitatē sp actu cogitare de deo ⁊ moueri dilectōe ad ipm. Alio mō vt hō studium suū deputet ad vacandū deo ⁊ rebꝰ diuinis p̄termissis alijs nisi q̄ntū necessitas p̄ntis vite reqrit. Et ista est perfectō caritatis q̄ est possibilis in vita. nō est tamē cōmūis omnibus caritatē habētibus. Tercō mō ita q habitualiter aliq̄s totū cor suū ponat in deo. ita q nihil cogitet vl' velit qđ sit diuine dilectōi cōtrariū. ⁊ hec pfectō est cōmūis omnibꝰ caritatē habētibus. vide in amor Itē scias q vt dr in sentētijs pfectū dr tribꝰ modis. Est eni pfectū fm tēpus. ⁊ est pfectū fm naturā. ⁊ est vniuersalit pfectū. Secundū tēpus pfectū est. qđ habet q̄dq̄d tēpus reqrit. et qđ cōuenit fm tēpus haberi. Et hoc mō angeli erāt perfecti añ cōfirmatōʒ vl' lapsum. fm naturā ē perfectuʒ qđ habet quidq̄d debitū est vel expedit nature sue ad glorificatōem. ⁊ hoc mō perfecti fuerūt angeli post cōfirmationē. ⁊ erūt sancti post resurrectōʒ Vniuersalit ⁊ summe perfectū est. cui nihil vnq̄ʒ deest. ⁊ a quo vniuersa ꝓueniunt bona. qđ est solus dei. Huic cōsonat qđ phūs dicit in. v. methaphisice illud eē perfectuʒ simplicit. qđ habet in se omēs perfectōes q̄ in generibꝰ reꝝ inueniūtur. ⁊ hec perfectō vt dicit cōmētator est in deo. Prima igitur perfectō ē nature cōdite. scđa nature glorificate. tercia vō nature increate. De perfectōe aūt caritatis q̄ntū ad inimicos. dixi in inimicꝰ. vide etiā in etas

Perficio ex p ⁊ facio cis cōponit perficō cis feci ctū cere idē. pfecte facere. ad finē ducere. ⁊ cor. fi. vñ pfectꝰ cta ctū ⁊ hec pfectō onis. vide in perfecto

Perfidus ex per ⁊ fides cōponit pfidus da dū. i. pdens fidē ⁊ cor. fi. ⁊ est mercatoꝝ ꝓprie cauponū. ⁊ cōparatur. perfidus dior simus. vñ hec perfidia die. ⁊ perfidiosus. sa sum. i. plenus pfidia. Itē perfidus potest componi ex per ⁊ fidus da dū. i. valde fidelis. vel fidus. ⁊ tūc ꝓdu. fi.

rū vsus. Perfidus est neq; pfidus corde fidelis.

Perfodio dis di fossum. dere. ex p et fodio dis. vnde in ezech. viij. Fode parietē. et cū pfodissem parietē. i. pfecte vel valde fodissem. et cor. fo in pñti s; in pterito pd.

Perfringo ex p et frango gis ɔponit pfringo gis. egi. pfractum. i. pfecte frangere

Perfuga ge. ɔmūis ge. q̄ de vno exercitu fugit ad aliū et dr a pfugio gis. et corr. fu.

Perfugiū gij. i. tuta latebra. loc⁹ refugij. et dr a pfugio

Perfunctori⁹ ria riū. i. ad pfungēdum apt⁹ vel destructorius. leuis. et trāsitorius vel imaginarius. vñ in platone inuenit Perfunctoria forma mūdi. i. destructoria et transitoria. et dr a pfungor geris. qd ɔponit ex p et fungor.

Perfunct⁹ in fungor geris vide

Pergama orū. sunt edificia troiana. qd ɔponit a pir qd est ignis. et gomos qd est mulier. q̄si pignē et mulierem destructa. vel cōponit a p et gamos. vñ pgameus. mea meū. i. troian⁹. et q2 pgama altissima erāt. ido olim omīa alta edificia vocabant pgama. et cor. pnlt.

Pergamenū ni. pn l. pdu. i. carta dictum a pgamo ciuitate. q2 ibi pmo excogitatū fuit et inuentū Vñ adiectiue dr pgamen⁹ na nū. i. res de pgameno

Pergamū mi. qdam ciuitas. vñ pgame⁹ mea meū. et pgamen⁹ na nū. et hic et hec pgamēsis. et hoc se

Pergo. rego ɔponit cū p. et dr pgo gis prexi. ctū. gere. id est. ire. vl' ɔponit a pede. et rego. vñ dr pgo q̄i pedē rego. sed potius ē ethimologia.

Pergulum. a pgo gis. dr hoc pgulum li. puum tugurium in alto positū. et hec pgula le. i. famula. quia ad diuersa pgat officia. et corripit gu

Perhibeo. ex p et habeo ɔponit phibeo hes hui hitū et est phibere. ostēdere. dare. afferre. et cor. hi.

Peri. i. circū vel de. et acuit in fine.

Periarchon. i. de pncipibus. et componit a peri qd est de. et archos quod est pnceps.

Peribolus. peri ɔponit cū ambulo. et dr hic pibol⁹ li. et hoc peribulū li. i. deambulatoriū deambulacr̄. spaciatorium. pambulatoriū. vñ in ezech. xlij. signat murū qui erat exterior ad deambulandū. et cingebat gazophilacium cantorū custodiētiū altare. et cor. bo.

Periechelis ex peri qd est circū et chele qd est curuum ɔponit hec perichelis dis. ornamētū mulierū circa brachia vl' potius circa crura q̄ gressus earū ornat. fm hug̃ Papias etiā dicit. Periscelides. armille pedū mulierū Periscelides dicunt q̄bus noster ornat gressus. et scribit pap. periscelides p sc. sicut antiq ɔsueuerūt scribere. S; moderni scribūt perichelides p ch. In grecismo tal' versus ponit. Atq; perichelides exornāt brachia nimphis. vide in torqueo torques

Periclitor taris. in piculum ē.

Periclum. in periculū vide

Periculū a perio ris piui. deriuat hoc piculū li. i. experimentū. Vñ terētius in eunucho. Fac piculum in literis fac in palestra. et hinc piclitor taris. i. expiri. Vñ plaut⁹ in amphitrione. Periclitat⁹ sum animū tuum. Itē hoc piculum li. potest deriuari a perio peris. et qñq; sincopatur. et dr piclum cli. vñ piclosus sa sū. et piclitor taris. id est. piculum vl' discrimē incurrere. fm hug̃. Papias vo dicit. Periculū a perio peris. q2 pene pire faciat. id est. discrimē vel expimentū.

Perifrasicus. a perifrasis dr perifrasic⁹ ca cū. vt iste loquit pifrasice. i. per pifrasim vel p circūlocutōē. Et perifrastic⁹ ca cū in eodē sensu. pnl'. cor.

Perifrasis q̄dam tropus de quo supra dixi in tractatu de tropis in quarta pte.

Perihermenias. hermene grece latine dr interptatio. vñ hec hermena ne. interptatō. Et fm grecā declinatōē facit hermenias gtūs q̄ ponit in intitulatōe illius libri aristotelis vbi habet. Incipit liber peri hermenias. Et sunt due ptes. Peri enī grece ppositō est. et tantū valet. q̄ntū de hermenias est gtūs grecus. Est ergo sensus. Libri peri hermenias. i. de interptatōe. Greci enī carētes ablatiō ɔstruūt suas ppositōes cum gtīs loco ablatiō. Quidā tamē nimis intelligētes vtunt hoc quasi nomine ɔposito. sc; hec peri hermenia

Perimetrū a peri. i. circū. et metros mēsura ɔponitur. hoc perimetrū tri. id est. linea circūcirca mensurās. et corripit me naturaliter.

Perimo mis mi pemptum pimere. i. occidere. et ɔponitur a p. et emo emis. et cor. ri.

Perinde ɔponit ex p et inde. id est. taliter. et est aduer. similitudinis vel qualitatis. et acuit in antepenultima. et apocopat. et dr pin. p pinde

Perio peris piui pire pitū. i. docere. instruere. approbare. A quo dixerūt quidā esse ɔposita aperio et cōperio. et silia q̄ supra dixim⁹ esse ɔposita a pario. S; hoc vbū iam abolituit. S; q̄dā ab eo deriuata adhuc retinemus. sc; pitus et periculū. et q̄dam alia et cor. pe

Periodica a peri circū et oda via ɔponit hec periodica ce. Periodice febres sūt q̄s quotidianas. tercianas. quartanas vocāt. sic dicte. q2 certo tpis circulo moueāt et nō continue affluāt. et cor. di

Periodus. oda qd est via vel finis ɔponit cū peri. qd est circū. et dr hic piodus di. pnl'. cor. quasi circuitus. vel ambitus. vel q̄si circa finē. vel piodus. i. clausura. Item fm pap. periodus vltima distinctō que totā sentētiam claudit. Cuius ptes sunt colū coma. de q̄bus dixi i fine quarte ptis

Peripatetic⁹. peri qd est circū ɔponitur cū patos qd est calcās. et dr peripatetic⁹ ca cū. q̄si circūcalcās vel ambulās. Vel peripatetici dicti sunt q̄dam philosophi ab ambulatōe. q̄i circūcalcātes vl' ambulantes. q2 aristoteles autor eorū deambulās disputare solitus erat. vel q2 pambulabāt de scola ad scolā; disputantes et inq̄rētes qd melius sue sentētie possent adquirere vel adiūgere. et cor. ti

Peripetasma. peri ɔponit cū petasma. qd est velū. vl' tentoriū. vel cortina. et dr hoc peripetasma matis. i. velū vel tentoriū. vel cortina vel poti⁹ quelibet adiectō eius in circūitu facta. vñ pprie peripetasma dr superior pars in cortinis q̄ depicta est. Improprie tñ dr peripetasma q̄ñq; limbus. Et vt ostēdi in tercia pte in dtō tercie declinatōnis p p̄s. Antiq dicebāt hoc pipeta smatū ti.

Peripecio incisio scripturarū. vel capitulū vel sentēcia fm pap. et acuitur in fine

Peripleumonia nie. viciū pulmonis cū dolore. Et cōponit a peri qd est circū et pleumonia.

Peripsima a peri circū et simus ma mū. qd est curu⁹. vl' simus qd est imp̄fect⁹. vel seco cas ɔponit hoc peripsima matis. i. purgamētū qd eijcit de tritico q̄n ventilat. vel purgamētum pomorū et rasura. et limatura cuiuslibet rei. q̄ circūcirca res semat. i. diminuat. fm hug̃. Peripsima etiā dr q̄libet domorū q̄squilia. Vñ vsus. Quod purgas de re dic esse peripsima ve. vt suber pomi. quisq̄liasq; domi. i. purgamētū vel sordes. Apls in pma ad cor. i. c. iiij. Omniū peripsima fact⁹ sum

Perisologia. q̄dā viciū est de q̄ dixi in q̄rta pte in tractatu de vicijs annexis barbarismo et soleocismo.

Perito tas. frequēter pire pnl'. corr. a perio ris peritū peritu. u. in o. fit perito

Peritomū mi. id est. circūcisio. et ɔponit a peri circum. et tomos quod est incisio.

Peritus. a perio ris. perui pitum deriuat perit⁹ ta tū id est. doct⁹. instruct⁹. sapiēs. et ɔpat. peritus sior simus. vñ pite tius sime aduer. et hec peritia tie. et ɔponit imperitus ta tū. et pdu. pnl'. Et pōt esse peritū sup. de pereo is et tūc cor. pnl'. Itē peritū pōt esse supinū de perio ris. Inde pitus. et tūc pdu. pnlt. Horati⁹ in epi. Viuere si recte nescis disce de pitis. et q̄dam dicit. Ne tēdas peritū. p⁹ ipm tende peritum. Nō vadit pitum q̄ vult audire peritum.

Periurus ra rū. pnl'. pd. a piuro ras. dr piur⁹ ritus. q̄i pdēs vel pdēs ius. vñ hoc piuriū rij fm hug̃. Pap. vo dicit q piuro vbum nō habet v. Nā dicim⁹ deiero. et peiero. et hoc verū est fm vsum modernorū. Tñ antiq dicebāt piuro ras. a quo piurus. vide in iuro iuras

Hic nota q iurare est deū testē inuocare. Pertinet aūt ad dei irreuerentiā q aliqs eū testē inuocet falsitatis. q2 p hoc dat intelligere. vel q de⁹ vitatē nō ɔgnoscat. vl' q falsitatē testificari velit. Et iō piuriū manifeste ē pctūm religioni ɔtrariū cui⁹ est deo reuerētiam exhibere. Vñ pcepit dñs in leuitico. c. xix. Nō piurabis in noīe meo. Itē scias q ille q iurat se factu₂ aliqd illicitū. iurādo incurrit piuriū. ppter defectū iusticie. s; si non impleat qd iurauit. in hoc piuriū nō incurrit. q2 hoc nō erat tale qd qd sub iuramēto cadere posset. Ille etiā q iurat se nō intratu₂ religionē vel nō datu₂ elemosinam. vel aliqd huiōi iurādo piuriū incurrit ppter defectū iudicij. Et ideo q̄n facit id qd melius est. nō est piurium s; piurio ɔtrariū. Cōtrariū aūt ei⁹ qd facit sub iuramēto cadere nō poterat. vide in iuro ras. Itē cū q̄s iurat vel pmittit se factu₂ voluntatē alteri⁹. intelligēda est debita condicio. Si sc; id qd ei mandat sit licitū et honestū. et portabile siue moderatū. Nota insup q ille q iocose peierat nō euitat diuinā irreuerētiam. s; q̄ntū ad aliqd magis auget. et iō nō excusat a peccato mortali. Et scias q sicut dicit aug̃. ad publicolā Nunq; me in scripturis sanctis legisse memini ne ab aliq̄ iuratōē accipiam⁹ vñ ille q recipit nō peccat nisi forte ppria spōte q̄n ad iurandū cogit cum quē scit falsum iuratu₂. Et hoc intelligo de psona puata. Nā si aliq̄s exigat iuramētū tanq; psona publica. fm qd exigit ordo iuris ad petitōem alteri⁹. nō videtur esse in culpa. si ip̄e iuramētum exigat. siue sciat ipm falsum iurare siue verū. q2 nō videt ille exigere. s; ille ad cuius instantiā exigit.

Perizoma matis. ge. neu. est q̄dam vestis hominū antiquissima. i. succinctoriū femorale. quo tantū genitalia ptegunt. Alij dicūt q sit tunica folijs ɔsuta. qualē dñs fecit ade post lapsum. Geñ. iij. Et ɔponit a peri. i. circū. et zoma qd est corp⁹. et deberet dici perissoma. s; p duobus s. ponit sepe z. sicut hic fm hug̃. Itē p z. ponunt duo s. Vñ dicit p̄s. in pmo maio. Sepe p z. ss. solem⁹ geminatum ponere. vt patrisso p patrizo. et pdu. pnl'. nti perizoma. s; cor. penul. gti perizomatis

Perlego gis gi ere. i. pfecte legere ex p et lego gis ɔpoit et corr. le. in pñti. s; in pterito pdu.

Perlido dis ex per et ledo dis componit et producit li. vide in ledo ledis

Perlisus sa sum. pdu. pnl'. i. valde lesus a plido dis dr

Perlitor. a plino nis dr hic plitor toris. i. occisor. vide i lino nis.

Perna ne. i. petaso. vel baffa porci. Vñ pap. dicit. Perna vulgo q̄ baffa dr. vñ q̄dā. Esse vbi pernaretur nec forsan torquis habet

Pernicies a pneco cas. dr hec pnicies ei. i. mors. interitus. vñ pniciosus sa sū. i. mortifer. letalis. et ɔpat. vñ perniciose sius sime aduer. et hec pniciositas tatis. Itē pnicies. i. velocitas pedū a pernix. i. velox

Pernicitas. in pnix vide.

Pernix. a pneco cas. deriuat hic et hec et hoc pnix nicis pnl'. cor. i. pniciosus. destructor. et ɔpat pnix cior simus. vñ pniciter sius sime aduer. Et hec pnicitas tatis. et hec pniciositas tatis. i. destructō. interit⁹. Itē a pnitor teris. qd ɔponit ex p et nitor teris. deriuat hic et hec et hoc pernix cis. pnl'. pdu. in obliquis. i. pseuerās in conatib⁹. vel velox et pprie in pedib⁹. Et ɔpat pnicior sim⁹. vñ pniciter cius sime aduer. et hec pnicitas tatis. i. velocitas. celeritas. et est pnicitas pedū. s; celeritas et velocitas pennarum vl' velox. Versus de pnix. Pro pnice citū. p pnice dico nociuū. Pernitor pmū. pneco dat reliquū. Qui necat est pnix. festinat currere pnix.

Pernocto a p et nocto ctas. ɔponit pnocto ctas ctaui Et est pnoctare. q̄si p totā noctē vigilare. s; ponit simpliciter p vigilare. vel vigilare nocte. vñ pnoctās tis. Luce vj. Et erat pnoctās in orōe dei. vñ pnoctant aduer. i. vigilant. et scribitur p ct.

Pernox a pnocto ctas. dr hic et hec et hoc pnox ctis. i. vigilās. et pprie nocte. Vñ de btō dñico cātat Pernox cū xpo pprīu nō possidebat lectulū ₷c

Pero onis mas. ge. quoddā calciamētū rusticorū amplum et altū. qd alio noīe dr culpone⁹ Et dr a peri qd ē circū. q2 p nimia amplitudine circūcirca vagat. vnd peronatus ta tū. i. peronib⁹ calciat⁹. vñ psius. Nauim si poscat sibi ponatus orator

Peroro ex p et oro oras ɔponit poro ras. aui. et est perorare valde orare. vel potius pfecte orare. et cū pfectōe et effectu sc; orōis impetrare. qd petit ad effectū pducere. et pdu. penul. peroro

Perosus sa sū. in osus sa sum vide. et pdu. pnlt.

Perpauc⁹ ex p et pauc⁹ ɔponit ppauc⁹ ca. cū. i. valde pauc⁹. vñ ad heb. xiij. Etenī ppaucis scripsi vobis ₷c

Perpello lis. perpuli ppulsum. lere. id est. pfecte pellere. et ɔponit ex per et pello.

Perpendiculū li. instrumentū est cemētoriorū qd alio nomie dr amussis. et plumbatū. qd ipi demittunt ad p/

pendētum equalitatē muri. vnd' hic ⁊ hec ppendicula/
ris ⁊ hoc re. Illa linea dr ppēdicularis q̄ sursum vel de
orsum recte dirigit. vñ ppendiculū dr illud vñ lebetes
feruntur ⁊ suspēdunt. ⁊ in ista significatōe dr ppēdiculū a
ppendeo des. q2 in eo lebetes ppendēt. p instrumēto āt
cemētarior3 dr ppendiculū a ppendo dis. qd ē intellige/
re. psiderare. aīa duertere. pcipere. trutinare
Perpēdo ex p ⁊ pēdo dis pponit. ppēdo dis di. ⁊ est p
pendere equocū ad pla. vide in ppendiculū.
Perpēsilis pnl' cor. in pēsilis exponit
Perpera a puerto tis dr hec ppera re. puersus. prauus
nō rectus. vñ ppere aduer. q̄litatis. puerse. male. praue.
nō recte. p quo sepe ponit pperā. qd nō deb3 acui ī fine.
sicut nec multifariā nec palā. Apostolus ad corin. xiij.
Nō agit pperā. ⁊ corr. pe.
Perperā in ppera exponitur
Perpes ppetis ge. omīs. i. ppetuus a ppetior teris. et
corripit penultimā gti.
Perpessiuus ua uū. q frequēter aliqd patit. ⁊ dr a ppe/
Perpessus sa sum. i. valde vl' diu pas/ tior teris
sus. ⁊ est pticipiū de ppetior teris. Marci. v. Et fuerat
multa ppessa a q̄3pluribꝰ medicis.
Perpeti. penultima cor. infinitiuꝰ de ppetior teris. id ē
tolerare diu vel valde pati
Perpetim a ppes dr ppetim penultima cor. aduerbiū
id est. plixe. ppetue. ptinue.
Perpetior ex p ⁊ patior teris pponit ppetior teris. per
pessus sū. ppeti. i. diu vl' valde patior. ⁊ mutat a. in e. cor
Perpetro ex p ⁊ patro tras pponit ppe repta3.
tro tras pnl' corr. ⁊ est ppetrare pagere. pmittere vbum
actūm. ⁊ proprie ī malo accipit.
Perpetuus a ppetior teris. dr ppetuuꝰ tua tuū. qd nū
q3 habebit finē. l3 habuit pncipiu3. vt aīe ⁊ angeli. vñ p/
petue aduer. ⁊ hec ppetuitas tis. statꝰ vite quā hab3 res
aliqua ex eo q habuit pncipiū. l3 nō sit habitura finē.
Perplexus. Plexꝰ p flexus pponit cū p ⁊ dr pplexus
xa. xū. i. implicitꝰ. irretitꝰ. inuolutꝰ. colligatꝰ. obscurus.
Inde hec pplexitas tis. Et scias q pplexitas vitate ī
specta est. nec pōt aliqs eē pplexus int duo mala. i. neces
sitate astrictꝰ ad aliqd malū ppetrandū. Augustinus
Uasis ire nunq3 deꝰ redderet interitū. si nō spontaneū
homo inuenirei habere pctūm. Cū ergo qs positꝰ est in
ter duo mala. aut pōt vtrūq3 vitare aut alter3 facere sine
pctō. Et cū oportet me alter3 facere. debeo eligere iuxta
psilium beati greg. qd p se psideratū ē minꝰ pctūm Uñ
dicit btūs greg. tractās illud iob. Nerui testiculor3 eius
pplexi sunt Quia ergo beemoth iste ita inexplicabilibꝰ
nodis ligat. vt plerūq3 mēs in dubio adducta vnd' se a
culpa soluere nitit. inde in culpa artiꝰ astringat. Recte
dr. Nerui testiculor3 eiꝰ sūt pplexi. Est tñ qd ad destruē
das eius vsurias vtilit fiat. vt cū mēs int minora ⁊ ma/
xima pctā pstringit. si omino nullꝰ sine pctō euadendi
aditus pat3. minora sp eligant. Quia ⁊ q̄ muror3 ambi/
tu vndiq3 ne fugiat claudit. ille se in fuga3 pcipitat. vbi
breuior murus inuenitur
Perproperus. a ppe deriuat pperꝰ ra rū. pnl' corr. i. fe
stinꝰ ⁊ citus. ⁊ pponit. pproperꝰ ra rū. ⁊ pproperꝰ ra rū
id est. valde pperꝰ. vl' ante pperus.

Per qro ris pnl' pdu. i. pfecte vl' valde q̄ro ex p ⁊ q̄ro is
Perscrutor ex p ⁊ scrutor taris. pponit pscrutor taris.
id est. pfecte scrutari. Inde pscrutans tis ge. om. i. pfecte
scrutās. subtilit inspiciēs. inqrens. inuestigās. ⁊ pducit
scru. macha. li. pmo ca. iij. Perscrutās eos
Persepe. i. sepissime vl' valde sepe. sm pap. ⁊ pdu. se
Persepolis a psus ⁊ polis ⁊ ciuitas pponit hec psepo
lis lis. pnl' cor. q̄dā ciuitas quā psus pdidit
Perseuerātia tie. in pseuero ē
Perseuero a p ⁊ seuero ras. pponit pseuero ras. pnl'.
pdu. i. psistere ⁊ in pposito pmanere vñ hic ⁊ hec et hoc
pseuerans tis. ⁊ ppat. vñ pseueranter aduer. ⁊ a dtō pse/
uerāti addita a. fit hec pseuerātia tie. Et vt dicit papias
Perseuerātia ē in vtute. Pertinacia vō in vicō. Et
scias q btūs greg. tractās id. Sic faciebat iob cūctis die
bus dicit. Incassum q̄ppe bonū agit. si ante terminu3 vi/
te deseratur. q2 ⁊ frustra velociter currit. q postq3 ad me
tas veniat deficit.
Persicetū ti. pnl' pdu. in psicus exponitur
Persicus. a psis vel psia ciuitate. deriuat hec psicus ci
q̄dam arbor inde pmo aduecta. vel psicus a psio rege q
in egipto pmo inseruit illā. vñ hoc psicū ci. fructus illi'.
⁊ hoc psicetū ti. locus vbi psici crescūt. ⁊ psicariꝰ ria riu3
⁊ psiceus cea ceū. Itē adiectiue declinat psicus ca cū. pnl'.
corr. i. pseus. siue de pside existēs.
Persolētia a psoleo les. qd cōponit ex p ⁊ soleo les. dr
hic ⁊ hec ⁊ hoc psolēs tis. ge. om. ⁊ a dtō psolēti addita
a. fit hec psolētia tie. assiduitas.
Persis psidis. mulier de psida. sm papiam. ⁊ corripit
si. vide in persus
Persoleo les pnlē. cor. in soleo les exponitur
Persolꝰ a psoleo les. deriuat psolus la lū. i. assiduus.
Plautꝰ. Ebriose ⁊ psole nuge nuge. ⁊ cor. so. Si aūt in/
ueniat psolꝰ ppositum a solꝰ. ⁊ tūc pdu. so
Persona. a psono nas dr hec psona ne. Et ē psona rō/
nalis creature indiuidua essentia. ⁊ sm hoc dr psona q
pse vna. ⁊ ē ethimo. ⁊ sm hoc psona videtur spectare ad
deitatē. Itē psona dr histrio. repsentator comediarum.
q2 diuersis modis psonat diuersas repsentādo psonas
⁊ hinc psona dr in grāmatica ipm suppositū. q̄nq3 ppie
tas suppositi. q̄nq3 ppietas vocis. q̄nq3 ipsa vox. q̄nq3
modus sig̃ficandi. ⁊ q̄nq3 psonalis ppietas. Itē psona
dr in eccīa. q dignitatē hab3 p ceteris. ⁊ hoc ab histriōe
sumptū ē. q̄ diuersas psonas repsentādo diuersos solet
accipere ornatꝰ. ⁊ sm dignitatē psone quā habebat rep
sentare. ⁊ hinc tractū est vt persona dicat in eccīa Nam
sm diuersos gradus dig̃tatis psone distinguunt in ec
clesia. ⁊ hinc etiā tractū ē. vt in grāmatica vna psona di
catur pma. alia scda. alia tercia. qd fit rōe dig̃tatis. ⁊ de/
beret psona penultima correpta dici. l3 ad differētiā hu/
ius impatiui psona psonet. qd cor. penul. hec psona ne.
penul. pducit. Uñ q̄dam. Paup persona. nō ē mea p/
sona regi. q aūt dr persona q̄si per se sonāl ethimologia
est. ⁊ hinc hic ⁊ hec psonalis ⁊ hoc le. vñ personalit ad/
uer. ⁊ hec personalitas tatis. Itē a psona dr personatꝰ
ta tū. ⁊ hic personatꝰ tus tui. dignitas vel officiū psone
sm hug. vide etiam in pson. Hic notā q sm theolo
gicus persona dr de deo. ⁊ de creaturis sicut de homi.

⁊ de angelo. nō vniuoce nec equoce. l3 sm analogiam. ⁊
q̄ntū ad rē signatā. q2 pus est in deo q3 in creaturis. S3
q̄ntū ad modū sig̃ficandi est ecōuerso. sicut est de omni
bus alijs nominibꝰ. q̄ de deo ⁊ d' creaturis analogice di
cunt. Itē nota q psona signat qd distinctū in natura ali
qua. tñ nō est eadē ratō nature in diuinis angelis ⁊ ho
minibus. q2 sm richardū. In diuis est distinctō p solas
relatōnes originis. In angelis p ppietates absolutas.
In hominibꝰ vtroq3 modo. Nō tñ ex hoc sequit. q pso
na pdicet de pdictis equoce. q2 rō psone importat disti/
ctōem in pmūi. vñ abstrahit a quolibet mō distinctōis
⁊ ideo pōt esse vna rō analogie in his q̄ diuersimode di
stinguunt. Itē consueuit q̄ri Utr3 xpc sm q hō sit p/
sona. Dico q in xpo nō est nisi vna psona q̄ est eterna.
nullū aūt eternū puenit xpo sm q hō pprie loquendo.
Uñ hec nō est vā. Xpc sm q homo est psona nisi repli/
cetur suppositū homis vt dicat. Xpc sm q iste homo est
psona. hoc enī ver3 est. Et si dicas sicut dicit boetiꝰ Per
sona est rōnalis nature indiuidua substantia. l3 xpc sm
q hō est ratōnalis nature indiuidua substātia ergo xpc
sm q homo est. est psona. dico q xpc sm q hō est substā
tia rōnalis nature. l3 sm q iste hō est indiuidua substā/
tia ratōnalis nature Uñ sic sm q iste hō est psona. sicut
sm q iste homo est deus Utr3 aīma sepata sit psona
dicit in aīma Hic nota q est vnꝰ deꝰ in essentia. et tri/
nus in psonis. qd sic potest psuaderi. Si enī duo essent
dij. vel vterq3 insufficiēs esset. vl' alter supflueret. quia si
aliqd deesset vni qd haberet alter. nō ess3 summa perfe
ctio. Si vō vni nihil deesset qd haberet alter. cū in vno
essent omīa. alter supflueret. Intelligat ergo mēs rōnal'
vnū deū omniū auctorē. ⁊ videat q absq3 sapiētia n̄ sit.
quasi res fatua. Et ideo intelligat eū habere sapiētia3 q̄
ab ipo genita est. ⁊ q2 sapiētiam suā diligit. intelligat eti
am ibi esse amorē. Nā sicut dicit aug. in. vj. li. de trinita/
te. Si dei filius vtus ⁊ sapia dei est. nec vnq3 fuit deꝰ si/
ne vtute ⁊ sapia. coeternꝰ est deo patri filius. Dicit enī
aplus xpm esse dei vtutē ⁊ dei sapiam. aut igit fuit quā/
do nō fuit dei filius. aut aliqñ deus nō habuit vtute3 et
sapientiā. qd demēs est dicere Cōstat enī q sp habuit
sapientiā. sp igit habuit filiū. Itē pater sp dilexit filiū su/
um. l3 spūssanctꝰ est amor patris ⁊ filij igit sp fuit spiritꝰ
sanctus. Itē scias q sicut fides catholica coeternas.
ita ⁊ coequales trēs psonas asserit. Equalis est enī pa/
tri in omnibꝰ filiꝰ. ⁊ patri ⁊ filio spūssanctꝰ. Et vt ait be/
atus aug. in libro de fide ad petr3 breuit aperiēs quō in
telligat equalitas patris ⁊ filij ⁊ spūssancti dicit. Nullꝰ
hor3 aliū aut pcedit eternitate. aut excedit magnitudie.
aut supat potestate. Ad hoc etiā facit illud qd dicit be/
atus leo papa. Beati inq̄t trinitatis incōmutabilis dei
tas. vna est substātia. indiuisa i ope. psors in voluntate
par in omnipotētia. equalis in glā. Uide in vnꝰ ⁊ ī aliꝰ
⁊ in ppietas. ⁊ in secūdus Scire etiā te volo q si eter
nus sumat substātiue. tūc pdicat in singulari de tribus
psonis. Et sic accipit athanasius cū dicit. Eternus pat.
eternus filius. eternꝰ spūssctūs. Et tñ nō tres eterni. sed
vnus eternꝰ. S3 si adiectiue sumat eternꝰ. tūc pdicat plu
raliter. l3 coeternus sp debet pdicari pluraliter ppt ha/
bitudinē psone ad psonā quā importat Et sciat q vt

dicit beatus berñ. in q̄nto libro de psideratōne. Sacra
mentū hoc magnū est ⁊ q̄dem venerandū nō scrutādū.
quo mō pluralitas in vnitate. aut ipa vnitas sit in plu/
ralitate. Scrutari hoc temeritas est. credere pietas est.
nosse vero vita est eterna. Ad quā deus trinitas nos p
ducat. Amen
Perspicax cis. in pspicō cis est. ⁊ cor. spi.
Perspicio. ex p ⁊ specio cis pponit pspicio cis xi ctum.
pspicere. i. pfecte intelligere. aspicere ppendere. vñ pspe/
ctim aduer. i. visibiliter vl' clare. ⁊ pspicuus cua cuū. id ē
clarus. lucidus. pspectui puius. vnde pspicue aduer. et
hec pspicuitas tis. Item a pspicō dr hic ⁊ hec ⁊ hoc pspi/
cax cis. i. clarus. subtilis. vl' pfecte ⁊ plura vidēs. ⁊ ppat
vñ hec pspicacitas tis. Itē a pspicō cis dr pspicor caris.
deponē. i. pspicere. vl' pponit a p ⁊ specō. vñ hic ⁊ hec p/
spicabilis ⁊ hoc le. vñ pspicabilit aduer. ⁊ hec pspicabili
tas tatis. ⁊ cor. pspicō spi.
Perspicor caris. vide ī pspicio cis
Perstringo gis. xi. strictū. pstringere. i. pfecte stringere
leuit tangere. sūmatim dicere. ⁊ a p ⁊ stringo gis pponi
tur. ⁊ nō hab3 u. in vltima sillaba.
Persus psi. q̄dam rex fuit q q̄ndā terram debellauit. ⁊
eius noīe dicta ē psia psie. ⁊ hec psis dis. ⁊ hec psida de.
vñ pseus sea seū. ⁊ psicus ca cū ⁊ hic ⁊ hec psa se. sm hug
Perterrefacō. pterreri. infinitiuꝰ de pterreor. cōponit
cum facio ⁊ fio. ⁊ dr pterrefacio cis. pterrefio fis. i. facio
pterreri. vel fio pterritus.
Perterreo. p componit cū terreo. ⁊ dr pterreo res. pter
rui pterritū. i. pfecte vel valde terreo. vñ pterritꝰ ta tum
⁊ pponitur. Impterritus ta tū
Pertesum. vide in tedeo des
Pertinacia cie. in ptinax vide
Pertinax a ptineo nes deriuat ptinax cis pnl' cor. ī ntō
l3 pdu. in gtō. generis om. ⁊ est ptinax valde vl' impudē
ter tenēs. durus. pseuerās. impudēs. pstans. irreuocabi
lis. indocilis. obstinatꝰ. ⁊ ppatur. vñ hec ptinacitas tis.
id est. assiduitas. pseuerantia. impudētia. Idē ⁊ pertina
cia cie. Et sm papiā. Perseuerantia est in virtute. perti
nacia vero in malo
Pertineo nes nui tentū. i. attinere. vl' pfecte siue valde
tenere. ⁊ pponit ex p ⁊ teneo nes. ⁊ cor. ti. ⁊ habēt attineo
⁊ ptineo supinū sicut suū pmitiū. vt attētū ⁊ ptentū.
Pertusus a ptundo dis tudi tusum. ⁊ dr ptusus sa sū.
id est. pfecte pfractꝰ. ⁊ pdu. tu. vide in tūdo dis. aggei. j.
In sacculum pertusum
Peruerto tis. in vto tis est.
Peruicax. vice pponit cu3 p. ⁊ dr hic ⁊ hec peruicax cis
id est. improbus. pteruꝰ. importunus. ⁊ pponit a per et
vice. q2 vicē suā obtinere vult. vl' q2 peruertit vices rer3.
qd bonū est iudicādo malū. vl' ecōuerso. vl' pponit a p.
⁊ vicio vicias. q2 in vicio persistat. vl' a per ⁊ vicio et ca/
dens. quasi per viciū cadēs. vl' a per ⁊ viribꝰ ⁊ cadēs. q̄i
per suas vires cadēs. ⁊ pponit a per ⁊ vicia. quā antiq̄
victoriā dicebāt. ⁊ inde peruicax pprie q in pposito suo
ad victoriā perseuerat. ⁊ pparat. vnd' peruicacit suus si/
me aduer. ⁊ hec peruicacia cie. et peruicacitas tatis. sm
hug. Pap. vō dicit Peruicax. i. perseuerās. contumax
obstinatꝰ. durus. immobilis. et corr. penultimā nti. et p

duc:t pnl' genitiui

Peruigiliū lij .i. vigilatō a puigil dr.

Perui⁹ uia u:ū. p qd via ptz. ⁊ cponit a p ⁊ via.

Perula le dimi. pua pera. ⁊ cor. pnl'.

Perusiū opidū in italia. vñ pusin⁹ na nū.

tremo. vnō cor. pnlt infiniti. vnō in psal. Debz corripi me
Qui tangit terram ⁊ facit eam tremere. Item esa ye. lxvj
Qui tremitis ad verbum ei9 penul. cor. Item supinum
corripit mi. tremitū.

Tremulent9 ta. tum. id est tremore plenus. ⁊ ꝓpat tre
mulent9 tior. tissim9. Et componit a tremore. ⁊ lētos qō

Tremul9 a tremo mis 2. tremul9 la. lū. vñ ē plen9.
tremulo las. i. tremere ⁊ trepidare. ⁊ cor. mu.

Trena a treneo nes. 2. hec trena ne. lamentatō. Sicut
enim himn9 est canticū leticie ⁊ laudis. ita trena est cān
cum lameti ⁊ funeris. Unō trenus na. nū. i. lamentabil.
⁊ trenosus sa. sum. i. lamentosus. ⁊ vtrunq; compatur. ⁊
trenic9 ca. cū. i. luctuosl9. Item bi treni nox 2. vt Trem bie
rem ie. i. lementatōes.

Trenarus a trena. 2. hic trenarus ri. ⁊ in plāli hec tre
nara rozū. mons siue vallis vbi descēsus est ad iferos.
⁊ sepe ponit ꝑ ipso descensu ad inferos. ⁊ ꝑ inferno. vbi
non est nisi fletus ⁊ lamentatō. Unō trenerari9 ria. riū.
Et scias q̄ q̄dam dicunt ꝑ eodem mōte hic trenarius. sz
male. ⁊ cor. na. trenarus

Treneo nes. in lamēto2 taris est

Trenicus ca. cū. in trena est

Treni nox. trenis in trena est.

Trepido das. dauī. datū dare. i. formidare. ppbeta. Il
lic trepidauerunt timore. Unō trepidus da. dum. id est
timidus. ⁊ ꝓpatur. Trepido das. cum suis ꝓpositis siq

babet neu.sunt.⁊ corr. pi

Tressis as assis p obolo ꝯponit cum tres. ⁊ dicitur hic tressis hui⁹ tressis.i.tres oboli.vel p̄cium triū obolorū vel triū assiū app̄ciatus.

Treuga ge.scriptō regalis vel securitas. vnde treugo gas.i.securare.pacificare.treugam facere.⁊ hic treugarius rij.q̄ treugas facit inter aliq̄s.⁊ treugarius ria. rium ad treugam ptinēs

Treugarius in treuga est

Triambos.i.triumph⁹ vel iudiciū triplex.

Triangul⁹ a tris qđ est tria ⁊ angul⁹ ꝯponit triangulus la.lū.i.tres angulos habēs.vñ triangulat⁹. ta.tum. idē.⁊ substātiue dr̄ triangulus p tali figura

Triarius a tris dr̄ triari⁹ ria.riū.sup tres ꝯstitutus.vl' q̄ tercō loco constituit in exercitu. Jdē ⁊ portitor signorū

Trias adis.fe.ge.a tris dr̄ dicit.

Tribracus ci.est q̄dam pes ꝯstans ex trib⁹ breuib⁹ sillabis.⁊ componit a tris quod est tres. ⁊ bracos quod ē breue.q̄si ꝯstās ex trib⁹ sillabis breuib⁹ vt dn̄s.vñ vsus Pes tribrac⁹ breuib⁹ postulat ire trib⁹

Tribula le.in tribulū est.

Tribulis A tribu dr̄ hic ⁊ hec tribulis ⁊ hoc le.i. de eadem tribu.⁊ pdu.bu. Unde hora.in epy. At cum pilleolo soleas ꝯuiua tribulis.⁊ inde ꝯponit ꝯtribulis le. Sz tribulo las.corr.bu.vñ q̄dam. Nō hoīes tribules quos tu scis esse tribules.

Tribulo las.vel tribulor laris.in tribulū est

Tribulū.a tero ris dr̄ hoc tribulū li.quod ⁊ hec tribula le.inuenit.instrumentū quo fruges terunt. Uñ para. pmo li.ca.xx. Fecit sup eas tribulas ⁊ trabas. Et hic tribulus li.gen⁹ spinarū. Gen̄.iij. Spinas ⁊ tribulos terra germinabit tibi. Et dr̄ tribulos quasi tangentes se tribulans.⁊ est ethymol'. Et sic a tero ris. Et a tribul⁹ dicit tribulo las.laui.lare.i.tribulatōnem inferre vel pati Et tribulor laris.in deponēti genere.in eodē sensu.vnđ hec tribulatō.i.psecutō.aduersitas.vide in tribulis

Tribunal. A tribun⁹ dr̄ hic ⁊ hec tribunalis ⁊ hoc le. ⁊ hoc tribunal vel tribunale nalis.sedes tribuni vl' loc⁹ in alto ꝯstitut⁹ vnđ vniuersi audire possunt. Et dr̄ sic a tribuo is.q̄r inde a sacerdote p̄cepta viuendi tribuūtur Uel a trib⁹ dr̄ tribunal.q̄r trib⁹ ad illā sedē ꝯuocent.⁊ pdu.pnlt tam ntī q̄z gtī

Tribun⁹. A tribuo is.dr̄ tribun⁹ ni.q̄r militib⁹ vel plebi iura vel opem tribuat. Unđ tribunici⁹ cia.ciū.⁊ hic ⁊ hec tribunalis ⁊ hoc le. Et hic tribunat⁹ tus.dignitas vl' officiū tribuni. Jtem a tribuo dicit hoc tributū ti. Ul' dicitur tributū vel tribun⁹ a trib⁹.q̄r p singulas tribus tributum exigebat.sicut nunc p singula territoria.⁊ cui persoluebat tribun⁹ dicebat. Unđ q̄ legit tributū tribunus etiam dicit ꝯm hug̃. Sed in grecis. dr̄. At qui trigita sub se tenet ille tribun⁹. Quiq3 tributa legit ille tribun⁹ erit Jn pmo aūt macb.ca.iij.dr̄. Et post hec ꝯstituit iudas duces populi tribunos ⁊ cēturiones ⁊ penthacontrachos ⁊ decuriones.vbi.di.glo. Tribunos ꝯ ꝑpellāt illos q̄ mille militibus p̄erant.quos greci cyliarchos vocant. Centuriones qui centū. Pentacontrachos qui quinquagīta. Decuriones qui decem. Unđ vsus. Mille tribun⁹ habet.grece cyliarcha vocat. Centurio centū his q̄nq3 decurio ducit. At q̄nquaginta penthacōtarchus habebit. Et componit tribun⁹ cum gtō plebis.⁊ dr̄ hic tribunusplebis.hui⁹ tribuniplebis. Et scias q̄ aliud est tribunusplebis in compositōne.⁊ aliđ extra compositōnem. q̄r extra ꝯpositōz pōt venire p tribuno c⁹libet plebis. sz in ꝯpositōne tribunusplebis veit p illo solo q̄ habebat tribunatū in plebe romana

Trib⁹ a tris dr̄ hec trib⁹ hui⁹ trib⁹ tribui.⁊ desinit datiu⁹ ⁊ ablatiūs plr̄alis in vbus.vt tribub⁹. sed ablatiuus hui⁹ nomīs tres facit in ibus vt trib⁹.⁊ dicit tribus pgenies a tris q̄r in p̄ncipio romani trifarie fuerūt a romulo dispti. Jn senatores. Milites Plebeios. sicut dixi

Tributari⁹.in tributū vide   in ꝑplus.

Tributim a tribu dr̄ tributim aduer.pnlt pdu.i. p singulas trib⁹.vel de tribu in t. ibū. Hora.in ꝯmone. Primores ꝑpli arripiūt ꝑplmq3 tributim.

Tributū. a tribuo is.dr̄ hoc tributum ti.vel dr̄ a tribu ꝯm ysid.eo q̄ ante p singulas trib⁹ exigebat.sicut nunc p singula territoria. Sic autem in tres ptes diuisū fuisse populū romanū ꝯstat vt q̄ p̄erant in singulis partib⁹ tribuni dicerent.vnde ⁊ sumpt⁹ q̄s dabant ꝑpli tributa nominauerūt.de hoc etiam dixi in tribun⁹ ꝯm hug̃. q̄q̄ si idem dicit. Que aūt drīa sit inter tributū ⁊ vectigal.dicetur in vectigal. Jtem a tributū dr̄ tributari⁹ ria.riū q̄ soluit vel deb3 tributū

Trica a tero ris.dicit hec trica ce.i.deceptō. ⁊ trica idē meretrix.⁊ trica.i.impedimentū.⁊ trica.i.mora. ⁊ trica.i. radix ⁊ trica dr̄ capillorū.vide in trico.

Tricesim⁹ ma.mū.in triginta est

Triceps pitis.habēs tria capita.vide in caput

Trichorū tris ꝯponit cum chor⁹. ⁊ dr̄ hoc trichorū trichori.⁊ hoc trichorium rij.id est locus iuxta ignem causa prandij habens tres cameras vel absidas.⁊ corripit illam sillabam cho.

Tricies.aduerbium numeri.id est triginta vicib⁹ a triginta dicitur

Tricliniū. Cline grece latine dr̄ lect⁹.⁊ vertit in latinū ⁊ dicit hic clinus ni.i. lect⁹ ⁊ componit cū tris ⁊ dicit hoc tricliniū nij.i.domus trina sessione ꝯuiuantiū ordinata Solebant.n.antiqui in clinis comedere ⁊ tres lectos l' tres ordies lectorū disponere. Jn vno quoq3 loco comedebant dominus ⁊ domīa. Jn secūdo familia. Jn tercio hospites.⁊ talis domus dicebat tricliniū.⁊ compoitur

Trico.a trica capillorū dicit trico   architriclinus cas caui.care.id est decipe.vel īpedire vel demorari. vnde q̄dam ad beatam mariam dicentes. Quomō fiet istđ quonia3 virū non cognosco inq̄t. Quid vitam tricas in mundo. Jtem tricare.i.tricas capillorū facere. ⁊ est verbum ptinens ad mulieres q̄ tricant crines suos quos in tres ptes diuisos subtilit̄ complicāt ⁊ inuoluūt.⁊ huiđi inuolutō trica dicit quasi tria capiēs.i.tres ptes criniū. ⁊ inde detrico cas.vnđ ec. le.xxxij.⁊ hora surgendi nō te trices.i.non sis piger.vel non facias morā in cōponēdo capillos.sicut mulieres faciunt.vel non sis mollis ⁊ effeminatus quādo debes strenue opari. Alia lrā inuenit in biblijs correctis. Hora surgendi nō te tristes.vnđ di. glo.rabani. Admonet ne simus tristes vel tardi in disciplina ⁊ meditatōe sapiētie.p hoc q̄ dicit. Ne sim⁹ tristes exponit quod dicit. non te tristes.p hoc vero quod addit.vel tardi videt innuere q̄ alia lrā ibi inueniat non te trices. Quidam vō dicunt q̄ tetrices est ibi vna dictō sicut dixi in tetricus. Trico ꝯponit Contrico cas. districo cas.i.dissoluere.expedire. Extrico cas.i.expedire.exoluere apire. Jntrico cas.i.impedire.vel inuoluere vl' immorari. Retrico cas.i.iterū tricare vel tricam soluere. Trico ⁊ eius composita sunt actiua.⁊ pducūt tri. Jn grecismo aūt ponunt isti vsus. Jmpedit intricat.necnō inuoluere signat. Extricat q3 sapit expedit aut apit. Et in tobia dr̄. Si q̄rat bonor.on⁹ intricet bonori

Tricolor loris.in color loris vide.

Tricolos vel tricolō.in colon exponit

Tricuspis. Cuspis ꝯponit cum tris ⁊ dicit hic ⁊ hec tricuspis pidis. vt Tricuspis lancea.q̄ habet tres cuspides Et scias q̄ nullum nomē desinēs in is.potest esse omnis ge.in ntō casu.vnđ tricuspis est cōmune duorū generū tantū. Sed obijcit cōtra hoc. q̄r inuenit cum neutro ge. Unđ ouid. Positoq3 tricuspide telo mulcet aquas.ad hoc respondet p̄stianus q̄ p figurā recipit neutrū

Tridens a tris ⁊ dens ꝯponit hic tridēs tis. qđ aliter dr̄ fuscina ⁊ creagra q̄si tres habēs dētes. Uñ furca cū trib⁹ dentib⁹.vel aliqđ silē pōt dici tridēs.

Tridental a tris ⁊ dens cōponit hoc tridental lis.qđdam vas q̄si tres pinnas sicut tres dētes habēs

Tridie aduer.a triduū dr̄

Triduū a tris ⁊ dies ꝯponit hoc triduū dui.i. spaciū trium dierū.vnde triduan⁹ na .num.

Triennis. a tris ⁊ annus ꝯponit hic ⁊ hec triennis et hoc trienne.triū annorū.vñ hoc trienniū nij. spaciū triū annorū.vñ in.ij.li.macha.ca.q̄rto. Et post triennij temp⁹ misit iason menelaum.

Triens a tres vel tris dr̄ hic triēs tis.tercia pars assis vel denarij vel alicuius rei vel vas. Sz p vase videt cōponi a tris ⁊ dens. Jnde triens.i.vas tres pinnas quasi tres dentes habēs. Persi⁹. Calidū trientē excutit e ma-

Trieris.a tres vel tris dr̄ hec trieris.   nibus. huius trieris.magna nauis a tribus sessionibus quasi tres habens ordines remorū.quā greci durconē vocant Esaye.xxxiij. Neq3 trieris magna transgrediet eum. Jtē daniel.xi.capit. Et venient sup eum trieres ⁊ romani.et corripit e. Unde quidā. Triplex remorū trieris mouet

Trifaux. Faux cōponit cum tris   ⁊ iuuat ordo. ⁊ dicit hic ⁊ hec trifaux cis. Et hic ⁊ hec trifaucis ⁊ hoc trifauce.i.habēs tres fauces.⁊ tria ora.vt cerber⁹ ⁊ ianitor inferni. Unde virgilius. Cerberus hinc ingēs latratu regna trifauci psonat ⁊c.

Trifidus da.dū.in fidis vide

Trifoliū lij.ꝯponit a tris ⁊ foliū herba quā greci ⁊ trifolon vocāt.q̄r sit trinis folijs p singl'as annotatōes.

Triformis. Tris ꝯponit cū forma. ⁊ dr̄ hic ⁊ hec triformis ⁊ hoc me.i.triū formarū.vide in multiformis.

Trifurcifer ra.rum.pnlt corr.id ē portari⁹ q̄ hab3 tres furcas.vel instrumentū trifurcatum ad onus gerendū. Et ꝯponit a tris ⁊ furcifer

Triga.a tris ⁊ iugū ꝯponit hec triga ge.i.curr⁹ plutōis q̄r rapit hoīes de trib⁹ etatib⁹ vide in biga

Trigamus. A tris ⁊ gamos componit trigamus mamum.qui vel que trib⁹ nupsit. Unđ trigamia mie.i.tres nuptie vel ꝑprietas.q̄ aliq̄s dr̄ trigam⁹.

Trigenari⁹ ria.rium.in trigita est

Trigesim⁹ in triginta vide

Trigies aduer.numeri.i.trigīta vicib⁹ a triginta dr̄.

Trigīta. Tris componit cum gentos quod est decem ⁊ dr̄ triginta quasi ter decem. Unde trigies ⁊ tricies aduer.id est trigīta vicibus Et tricenus na.num.⁊ trigen⁹ na.num. Unde tricenarius ria rium.⁊ trigenarius ria. rium.⁊ tricesim⁹ ma.mū.⁊ trigesim⁹ ma mū.vñ hic ⁊ hec tricesimalis ⁊ hoc le.⁊ trigesimalis male.

Trigonum.i.triangulū quod in tres ducit angulos.ut ter tria vel ter quattuor vel ter q̄nquaginta ⁊c ꝯm papi. ⁊ corri.pnlt. Et grego.di.in quadam omel'.pascali. Ducamus p trigonum decē ⁊ septē.decem.s.p̄cepta. ⁊ septē spūssancti dona.⁊ venient ad q̄nquagintaunum Ducamus p trigonum q̄nquaginta ⁊ vnum ⁊ fiunt centū q̄nquagita tres. Quo agit omīs nostra opatio in fide trinitatis exhibita ad iubileum id est requiem tendit.decem ⁊ septem ter ducimus.vt ad q̄nquagintaunū venire debeamus.⁊ tunc vera nostra requies est.cum ip̄am iā claritatem trinitatis esse certum tenemus.⁊ q̄nquaginta ⁊ vnum ter ducim⁹ electorū summā in supna patria q̄si centum q̄nquaginta ⁊ triū pisciū numerū tenem⁹.

Trilibris. a tris ⁊ libra componit hic ⁊ hec trilibris.et hoc bre.id est trium librarū pondus vel mensura. ⁊ producit li.sicut libra.

Triliguis a tris ⁊ lingua ꝯpoītur vid in biliguis

Trilix licis.exponit in bilix.

Trimatus A trim⁹ dr̄ hic trimatus tus.pnlt pdu.spacium triū annorum

Trimegistus sti. Maxim⁹ cōpoitur cum tris.⁊ dr̄ hic trimegistus sti.id est ter maxim⁹ q̄ habet tres sc3 potestates.vel q̄ ter est in potestate eleuat⁹. Unde mercuri⁹ ob v̄tutem ⁊ multarū artium sciam trimegistus.i. ter maxi⁹ nominatus est.⁊ est mas.ge.

Trimensis. A tris ⁊ mensis componit hic ⁊ hec trimēsis ⁊ hoc se.i.trium mensium.quod aliter trimestris stre dr̄.vnde trimense dr̄ quoddam genus ordei. quia satū post tres menses colligit. nam vbi ꝑpter aquam vel aliam causā matura satō omissa est.p̄sidiū ad hoc petitur qđ cum necessitas cogit verno tpe seminat ⁊ celerit̄ colligitur q̄a post tres mēses

Trimul⁹ in trim⁹ vide.⁊ corr.mu

Trim⁹. Tris ꝯponit cum ann⁹ ⁊ dr̄ trim⁹ ma.mum.q̄si triennis.i.trium annorū. Gen̄.xv. Sume inquit mihi vaccā triennē ⁊ capram trimā. Unđ ꝯm hug̃.trimul⁹ la. lum.vide etiā in innulus.

Trinacria Tris componit cum acros quod est mons ⁊ dr̄ hec trinacria .i. sicilia a tribus montib⁹.s.pachinno lilibeo ⁊ peloro. Eadem dr̄ ⁊ triquatra.quasi triquadra id est in tres quadras diuisa.ꝑpter tres p̄dictos mōtes Trinacria ergo est grecum.sed triquatra latinū. ⁊ equipollent. Horatius in ꝯmo. Quid militibus pmissa triq̄tra p̄dia cesar. Et inde trinacrius cria.crium. Et trinacrinus na.num.et triquatrius tria.triū.et triquatrin⁹.na. num.id est siciliensis

Trinepos in nepos est.

Trinoctium ctij.i.spaciū trium noctium. et componit a tris et noctium.
Trinodis. Nodus componit cum tris et dr hic et hec tri nodis et hoc de.i.triū nodorum.i.tres habēs nodos. Unde hoc trinodiū dij. et pdu.no. Unde ouid epys. Ossa mei fratris claua pfracta trinodi
Trinus a tres dr trinus ua.num vel componit a tres vel tris et vnus quasi triunus. Unde hec trinitas tatis quasi triunitas.q2 sit vnū totū in trib9 psonis. Et trinari9 ria. rium. vide in psona et in vnus
Trio onis.i.bos quasi terio.vide in septētrio.
Triptor ris. et triptō tis.p eodē.vide in ptor.
Triphon phonis.pprium nomē viri de quo habetur in pmo li.macha.ca.xv. et pdu. pnlt gti in auro2a. Unde ibi dr.Contra triphonem tunc rex demetrius ibat. Itez idem. Anthiochum triphō hoc tpe pdere captat. quod multi dicunt. Et tūc dic q ultima nominati triphō acuitur.vt salomon. Alij dicūt q pnlt gti cor. et vltima nominatiui grauat.vt triphon phonis.sicut canō nonis. et symon symonis. Uel pōt declinari sine n.hic tripho et tūc gtūs pdu.pnlt.triphonis.sicut symonis symo. smo sermonis.vide a silli in orion
Triphonicus.vētus dr euroaquilo. Unde dr in actibus.xxvij.vent9 triphonic9 q vocat euroaqlo. et cor.pnlt
Triplex. A triplo plas dr hic et hec et hoc triplex plicis Et hinc triplicit aduer. et hec triplicitas tatis. et cor.pli
Tripus a tria et plica componit tripl9 pla.plū vnde triplo plas.i.triplū facere.vide in plica
Tripol. A tris et polis ciuitas.componit hec tripol' hui9 tripolis quedam regio dicta a tribus ciuitatib9.q2 tres ciuitates sub se habet. et cor.po.vnde tripolitanus na. nū. et hic tripolitanus ni.scz domi9 vel eps illi9 ciuitatis vel puintie siue regionis
Tripolitanus in tripol'est.
Tripos. Pos componit cum tris et dr hic tripos podis id est mēsa vel scamnum. vel aliud instrumentum tres habens pedes. Si.n.quattuor habet pedes impprie dr tripos. Item sm remigiū tripos est quedam spēs lauri sic dicta.q2 trifida habeat folia. vel q2 tribus radicibus adhereat terre. et est pscrata appollini deo diuinatōnis q2 supposita capitib9 dormientū vera facit somnia apparere p ptrarium. Unde et sepe ponit p imagine appollis. Unde pstian9 in pmo. Et epigrammata q egomet legi in tripode vetustissimo appollis. Sed cum sit nomē arboris videt q debeat esse femi gene.sed hic est mascu.ge. et corripit po.
Triptotus. ta.tum.nomen habēs tres casus.a tris et protus casus componit.vt iesus iesum iesu. et cor.etiam illam sillabam pto.
Tripudium. Podiū componit cum terra. et dr hoc tripudiuz dij.i.plaus9. et maxime ille q solet fieri in triūpho pcutiendo terram pedib9.vnde et p triumpho quandoqz ponit. Et dr tripudiuz quasi terre podiū.i. plausus vel repcussio terre.vel tripudiū componit a terra et pes dis. quia si plausus et exultatō facta pcutiendo terraz pedib9. sed ponit simplicit p leticia et exultatōe gaudio vel victoria Et inde tripudio as.i.tripudio letari.exultare gaudere vel victoriam habere

Triquatra tre.in trinacria est.
Triremis. a tris et remis componit hic triremis mis. id est nauis q tres ordines remorum habet. et habz penul. pductam. Unde hora.in pma epy. Nauseat vt locuples quē ducit pma triremis. Et hoc me. Macha.ij.li.ca.mj Date sunt nauium triremiū in fabricā.
Tris grece.latine dr tria facit etiā actūs de tres hos et has tres vel tris. et hec tria.
Tristegū gi.dr locus tricamerat9. Unde in edificatione arce vbi nos dicim9. Cenacula et tristega facies in ea. habet alia translatio bicamerata et tricamerata.habuit enim qnqz cameras quas etiam aug9 ppter sentinaz dicit ibi fuisse. Et vt dr in historijs. Tristega.i. distinctōnes dicta a trica. Huguitō vo di.q tris componit cum tego et dr hoc tristegum gi.locus tricamerat9 sic dictus.a tribus tecturis.sed septuaginta interptes tristega triplices portic9 transtulerunt. Unde dñs in gen. Facies in ea cenacula et tristega. et debet corripi media in tristega.q2 tego pmam corr.sm hug. Sed ad hoc potest dici q tristega tenet naturam hui9 pteriti texi quod pducit pmam. et sic pnlt de tristega pducitur. Et huius opinionis fuit maiјster bene. Unde sic di. Quidam dicunt q tristega corr.e.ante g.q2 componit a tego gis.corripiēte pmaz. nos vo dicimus q pducit e.ante g.sicut tegula ratōne huius pteriti texi.quod pmam naturaliter pducit. Idem fit in hoc nomie tegula quod pmam pducit sicut hoc preteriti texi. In doctrinali etiam dr. E.g. corripimus sed abest tristega tristgus. Papias vo dicit. Tristega tricamerata a trino tegmie vel tribus tectis. Alij dicunt q linguā grecam aliqualiter nouerūt.q tristega non est compositum aliquo pdictorum modorum.sed est dictō greca. vnde in actibus.xx.vbi dr. Cecidit de medio cenaculo. In greco habet tristegos. Et componitur a tris aduer. et stegi quod est tectum. Trijs autem cum est nomē apud grecos signat tres et scribit p y.dyptōgum grecum q sonat i. Et cum est aduer.signat ter et scribit p iota hoc est i.latinū. et corripitur. in alia significatōe semp pducit. Stegi autez p i.breuem scribit tam in cōpositiōe qz in simplici.vñ sm hoc tristega cor.mediā. et hoc veri9 videt.
Tristicia cie.in tristis est.
Tristis. A tero ris dr hic et hec tristis et hoc ste. quasi triti9 stans. et est ethymolo. Et compat tristis tior.tissimus. et a dtō tristi.addita cia fit tristicia cie.vnde patet q debet scribi p c. Et tristor staris.i.dolere tristem esse. Inuenitur etiam tristo stas.in actiuo genere.i.tristem facere turbare. Et vtrūqz componit. Contristo stas. et contristor staris. Tristis componit Subtristis ste.i.aliquantuluz tristis. Quātristis.i.valde tristis. Tristisonus na.num. Et tristificus ca.cū.pnlt corr.
Tristo stas.in tristis est Et scias q iustus non contristatur nec pturbat ex aliquo quod sibi eueniat. sicut in sapientia dixi.
Tritheoite.dicti sunt quedam heretici. q2 sicut tres psonas in trinitate.ita asserunt tres esse deos. Et componit a tris et theos deus
Tritice9 cea.ceū.in triticū est.
Triticum a tritura re.dr hoc triticum ci.i. frumentum q2 purissimum tundat.vel a tero quia cū molit granuz

eius ter it.vnde triticeus cea .ceū. vt iste panis ē tritice9 id est.de tritico
Tritilis A tero ris.dr hic et hec tritilis et hoc le.qd pōt teri.vel habile est ad terendum. et cor.penl.
Tritio tionis.in tritus est.
Trito A tero ris.triui tritū tu. v.in o.fit trito tas .vbū freq.frequent terere. et pdu.pmam.vnde facetus. Quos vult sors ditat.quos n vult cū pede tritat.
Triton interptat sonus vel terēs
Tritura a tero ris dr hec tritura re.messis vel qd vulgo dr abtrizone vel triuō. Unde trituro ras.i. terere trituram facere de palea granum pterendo eruere. Paul9 in pma epla ad corinth.ca.ix. Et q triturat in spe fructus pcipiendi. et pdu.trituro pnlt.sicut tritura nomen.vnde in anticlaudiano dr. Deiectāqz solo pedib9 triturat eqz
Tritus. A tero ris.triui.vi.in tum tritū tu. dr nis. trit9 ta.tū.i.comminut9 fract9. Et a gtō triti addita o. fit hec tritō et scribit p t.solam.
Triuia uie.i.dyana a tris vel tres et via ppter tres ei9 vias.i.potestates. Est.n.dyana in siluis.luna in celo. proserpina in inferno
Triuium. Uia cōponit cū tris his et quattuor. et dicit hoc biuiū uij. et hoc triuium uij.hoc quadruuiū uij.i.locus vbi due vel tres vel quattuor vie ꝯueniūt et tēdunt ad idem.vnde hic et hec biuial' et hoc le.hic et hec triuialis et hoc le.hic et hec quadruuial' et hoc le.qd ptinet ad biuium triuiū quadruuiū. Et biuiatim triuiatim.quadruuiatim aduer.i.p uia triuia quadruuia. Et scias q grāmatica dyalectica et rhetorica.dicunt triuia quadā similitudine quasi triplex via ad idem.i.ad eloquētiam. Arismetica vo.musica et geometria. et astronomia dicunt quadruuiuz quasi quattuor vie in idem.i.ad sapientiā tendentes. vnde et triuiales dicunt q docent vel q student in triuio. sicut quadruuiales q in quadruuio
Triumphus. Tris vel tres componit cū phanos vel phone quod est sonus. et dr hic triumphus phi.i.victoria vel triplex leticia.quasi trinus sonus.i.triplex gaudium qd fiebat alicui p subiugatōe ciuitatis vel regionis. Nam reuertēti solebat totus pplus exire obuiam victori cum magna exultatōe et cum magno gaudio. et hoc erat vna leticia. Alia erat q oēs captiui sequebant vel pcedebāt currum eius ligatis manib9 eorum post terga. Tercia leticia q erat ipse indutus tunica iouis. et sedebat in curru quem trahebāt quattuor equi albi.vñ ouid. Quattuor in niueis aure9 ibis equis. Et cum tāto honore ducebatur ad capitoliū. Hanc tamē molestiā habebat.q2 ponebatur quedaz huus vna in curru suo et semp colaphizabat triumphantē ne ipe nimis supbiret. Et etiaz ideo.vt daretur spes vnicuiqz quantūcūqz vilis ꝯdicōis esset puenendi ad silēm honorē si sua pbitas mereret. et dicebat ei semp. Gnotosolitos.i.teipm nosce quasi dicat. Noli superbire de tanto honore. In illa die licebat cuilibz dicere in psonam triumphantis quidqd vellet. Unde cesari triumphanti fert quedam dixisse cum deberet induci ciuitatez. Aperite portas regi caluo regine bitinie.volēs figurare q caluus erat. et q succuba extiterat regis bitinie.vel triumphus dr a greco triambos.i.a triplici exultatōne eius cui triumph9 dabat.sicut dictum est. Uel triambos dr triplex iudiciuz. Inde triumphus quasi a triplici iudicō. Fiebat.n.in exhibitōne triumphi triplex iudicium. Prius.n.ꝯsulebat exercit9. Secundo senatus. Tercō popul9. Et sic vt assentirēt habitū erat iudicium triplex. Unde triumpho phas.i.triumphū habere. exultare vincere. Unde hic et hec triumphalis et hoc le. Et nota q pprie triumphus dr plena et pfecta victoria. quando scz qs pfecte hostes vincit. Sicut tropheum quando solum eos fugat.
Troas. A troia dicitur troas troadis.femina de troia et corripit penultimā gti.
Trochea a trochos dr hec trochea chee.i.torcular.vel rota modica sup puteū.vel illd qd apponit malo nauis. q2 habz rotulas p quas funes trahunt.
Trocheus.a trochos dr hic trocheus chei. q2 cito quasi rota currat et voluat. Est vo pes ꝯstans ex lōga et breui.vt audit.vel dr a trocho.q2 scz troch9 ꝯstat ex duab9 ptibus scz vna grossa. et altera tenui. Item trocheus cōstat ex duab9 sillabis.s.vna longa et altera breui. Unde trocheic9 ca.cum. Et vt dicunt multi. Trocheus potest poni in sexto pede. et in heroico carmie. Alij dicūt q trocheus non habet locū in heroico carmie. et si inueniatur in fine sillaba breuis accipiēda est p longa. et sic erit spondeus et istud veri9 credo.vide in dactil9. et pdu.penulti. troche9.vt patet in illo versu. Producit pmā trocheus sed corripit imam.
Trochos grece latine dr rota et acuit in fine.
Trochus a trochos dr hic trochus chi.q2 cito ad modum rote voluit. et ad modū rote rotund9 est. et ē instrumentū quo ludunt pueri.vnde catho. Trocho lude. Hic etiam aliter dr tropillus
Trofini9 nij.pnlt cor.pprium nomē viri
Trogodite pnlt pdu.gens ethiopū.id dicti q2 adeo veloces sunt.vt feras cursu pedū assequant
Troia troie.quedam ciuitas. et est ibi i.duplex ꝯsonās et dicitur a tros
Troian9 na.nū.exponit in frigia et in tros
Troigena ne.cōis ge.nat9 de troia.vel de troiano et videtur ꝯponi a troia et genero ras.vel genit9 et cor.ge.
Tropheum A trophos vel strophos dr hoc tropheū id est spoliū ab hoste in fugam ꝯuerso ereptū. et tropheum victoria de hoste in fugam ꝯuerso et exultatō vel leticia.siue honor q dabat alicui ppter hostem in fugā cōuersum. et erat talis honor q tot9 popul9 exibat ei obuiam. et cum leticia eum introducebat in ciuitatē et prod. phe. Unde quedam. Hostes in bellis qn dāt terga tropheum dr &c.vide in triumphus.
Trophos grece latine dr ꝯuersio.
Trophus phi.mascu.gene.quidam cantus in ecclesia a cōuersione sic dict9.
Tropic9 ca.cū.i.figuratiu9.a trop9 dr et cor.pi.
Tropologia gie.exponit in quarta pte in ca.de colo.rhe. vide etiam in allegoria.
Tropologic9 ca.cū.pnlt cor.vide in tropologia
Tropus pi.i.figura moralitatis.modus loquendi.vt cum aliqs loquit methaphorice.vel pifrasice.vel alio tali modo sm hug. et de hoc vide in quarta parte vbi agit de tropis.

Tros et ylus fratres fuerunt et reges troiani. et a tros dicta est troia. Unde troianus troiana troianum. et hic et hec tros trois

Trucido a trunco cas dr trucido das. daui. datuz. da re.i.interficere.iugulare.secare.et quasi cede vel cedēdo trūcare. et est ꝯpositum a trunco cas. et cedo vel cede. vn de trucidare quasi trūcando cedere. et pdu.ci. Unde ho ratius epy. Uinū seu pisces seu porrū et cepe trucidas. et est trucido actiuū cū suis ꝯpositis.

Truculētus a trux et lentos ꝯponit truculētus ta.tuz. Et trucilent⁹ tantū valet.i.plenus trucitate crudelis. asper.fer⁹. et vtrunqz ꝯpat. vn̄ hec truculētia tie.

Truculo las.laui.lare.i.trucidare a trux dr

Trudes. A trudo dis. dr hec trudes dis. et dicunt tru des fustes ferrati scz conti. qz trudāt naues. vid in trudo

Trudo dis. do in si. trusi. et si in sum trusum. trudere .i. impellere. impingere. in custodiaz includere. Trudo cō ponit Abstrudo dis. abstrusi. sum. i. includere. abscōde re. Contrudo dis. ꝯtrusi. Detrudo dis. si. i. deorsum vel de vno loco ad aliū trudere. vel excludere. Extrudo dis si. i. valde vel extra trudere. Intrudo dis. si. intrudere. id est valde vel intro trudere Pertrudo dis. i. pfecte trude re. Protrudo dis si. i. ppellere. Obstrudo vel obtrudo id est ꝯtra vel ob aliquid vel vndiqz trudere. includere. abscondere. Retrudo dis. retrudere. i. intro trudere. vel claudere vel retrudere. i. retro trudere. vel extra trude re. Trudo et eius composita sunt actiua. et faciūt pteritū in si. et supinū in sum. et pducūt tru. Unde qdam. Ingerit astut⁹ seqz intrudit violent⁹. Itē. Nomē habeto trudes ex trudo sit tibi trudes

Trulla A trudo dis. dr hec trulla. i. bomb⁹ vel sibilus ani. qa trudendo emittit. Item trulla dr qddam vas fi ctile. Item trulla est qddam instrumentū cementarioꝝ ferreū latum ad ꝯplanandū muꝝ et ad lapides cum cal ce cōponendos et ꝯiungendos. qz trudit et detrudit et i trudit calce vel luto lapides. amos. vij. Et in manu eius trulla cementarij.

Trunc⁹ A trudo dr hic trunc⁹ ci. i. sine capite scz statu ra arboris insistens radici. Trunc⁹ hominis est media ps corporis a collo ad inguinē. Unde vgli⁹. Caput collo vehi tur. trūcus coxis sustinet. Et genib⁹ et crurib⁹ zc. Unde trunc⁹ ca. cum. i. diminut⁹. semipcisus sine capite. et trū co cas. i. caput auferre diminuere. debilitare. Et est acti uum cum suis compositis.

Trusum su. est supinū de trudo dis. Inde addita s. fit trusus. i. clausus

Truta. a trudo dis dr hec truta te. qdaz piscis. quia vi habz trudēdi. vel qz sp moret obstrusa

Trutannic⁹ ca. cū. pnlt cor. in trutann⁹ est

Trutannizo zas. in trutann⁹ est

Trutann⁹. A trudo dis dr hic trutann⁹ ni. qz suis ver bis trudat ad hoc vt decipiat. facit. n. credi qd veruz nō est. Unde hec trutannia nie. et hic trutannul⁹ li. dimi. Et trutannic⁹ nica. nicum. Et trutannizo zas. i. vitam et mo res trutannoꝝ gerere

Trutina a trudo dis. hec trutina ne. id est statera scili cet lingua libre. qz semp trudit foras. vel ptica p trāsuer sum posita. qz trudat sursum. vnde hec trutinula. et hec trutinella ambo. dimi. Et trutino tinas. i. librare. equipē dere. Uel vt di. Pap. Trutinat appensat extimat. et cor. tru. Horatius in epysto. Scriptores trutina non est q multa loquamur.

Trutinella le. dimi. pua trutina

Trux cis. ge. omis dr a trudo dis. et est trux crudel' au sterus. fer⁹. inexorabilis. horrend⁹. et compat. vn̄ hec tru citas tatis. et cor. u. ante c. Unde ouid. epy. Mater eris tauro seuior ipa truci. Item hora. in epis. Ire truces ini micicias et funebre bellū

T ante V

Tuatim aduerbiū psonale. i. tuo more. vel more tue gē tis vel patrie. Similit distingue meatim et suatim Et sci as q aduerbijs non accidit numer⁹ neqz psona vt dixi

Tuba a tibia dr hec tuba be. quasi tibia. in meati. qz sunt similes ei. et in longitudine et in specie. Uel tuba quasi tusa qz tuba ꝯcaua est. Et scias q tuba legalis de qua habet in. x. numeroꝝ erat vt dicit iosephus fistula cantatoria pene magnitudine cubiti. calamo capacior p hens in pncipio latitudinē. q ꝯueniebat ori suo ad susce ptiōem spūs. q hebraice dicit asora. Et sicut dicit in histo rijs. Tuba habebat qttuor vsus ad vocandum multitu dinem. ad mouēda castra. ad bella. ad festa. Quādo eni solenne habebāt epulū. et dies festos. et kalēdas clāgebāt Unde in psal. Bucinate in neomenia tuba. Uñ vsꝰ. Le galis ipsa tuba clangore vocabat. In bell' castris. festis qz sonora tonabat.

Tuber. A tumeo mes dr hoc tuber beris. fung⁹. qa ex tumore terre pdeat. vnde et tubera qsi tumera id est qua si tumores terre. Et ponit sepe p tumore. et p peccato ge neraliter. Theren. in adelphis. Collaphis est tuber totū caput. Unde tuberosus sa. sum. tuberib⁹ plen⁹. inflat⁹. supbus. et ꝯpat. vn̄ hec tuberositas tis. i. inflatō l' supbia

Tubero a tuber dr tubero ras. i. inflare. supbire. vel tu berib⁹ implere. Et ꝯponit Cōtubero ras. detubero ras. id est purgare vel eqre. et cor. be

Tuberos⁹ sa. sum. in tuber est.

Tubianei dicebant iudei illi q ex alienigenis cōuoca ti in auxiliū iude venerāt. Et dicebant tubianei quasi tu beris ꝯducti. et pdu. ne. Hoc vult glosa in. ij. lib. macha. capi. xij. sup illud. Et venerūt in caratha ad eos q dicun tur tubianei iudei

Tubicen. Tuba componit cum cano nis. et dicitur hic tubicen cinis. q canit cum tuba. et cor. pnlt tam nomīs qz geniti. vide in cano nis

Tubicina a tubicen dicit hec tubicina ne. penul. corr. mulier q canit cum tuba

Tucetari⁹ rij. in tucetū est

Tucetū a tundo dis. dicit hoc tucetū ti. cibus qui fit ex carniuz contusione. sicut salsicia est. Persi⁹. Sed gran des patine tucetaqz crassa. et inde hic tucetarius tucetarij qui cibum illum facit

Tuchidides. in tuchis est.

Tuchis interptat fortuna. vn̄ quidā grec⁹ poeta dict⁹ est tuchidides qsi fortunat⁹

Tuchis gen⁹ auis. s. cucul⁹

Tudat⁹ dati. in tudes vide

Tudes a tūdo dis dicit hic tudes vel tudat⁹. i. malle⁹ Uñ tudatos appellam⁹ illos qui habēt capita grossata ad modū mallei grossi.

Tudico as. pcutere cū malleo. et dr a tudes vel tudat⁹.

Tueor eris. in tuor ris est

Tuguriū rij. in teges vide

Tuit⁹ ta. tū. a tuor eris tercie ꝯiugatōis. Silr ꝯtuitus detuitus. intuit⁹. Sz tuor scde ꝯiugatōis facit tutū. vn̄ i doctrinali. Dat tutū tueor tuitū tuor. ambo tueri.

Tuli tulisti dat p pterito his vbis tollo et fero. et cor. tu vn̄ attuli attulisti detuli cōtuli extuli sustuli cor. pnl'.

Tullius lij p duo l. ppriū nomē cuiusdā viri Lucanus in. vj. Tullius eloquij cui⁹ sub iure togaqz.

Tulo lis. vide in tollo lis.

Tultus. a tulo lis. tuli vel tetuli tultū. Antiqtas dice bat tultus ta. tū. qd tollit. Uñ greg. in mora. exponens il lud iob. Ferrū de terra tollit. dicit in. xvij. li. loquens de matheo aplo. Sz de terra tult⁹ in fortitudine ferri cōua luit. vide etiā in tollo lis

Tumentū. a tumeo mes hoc tumentū ti. qz in filo vel te la tumeat nec subtilitatē habeat. vn̄ tumētuosus sa sum id est. tumēto plen⁹. et ꝯpat

Tumeo mes mui. mere. i. surgere. crescere. inflare. sup bire. vn̄ hic tumor oris. et tumesco scis. incho. Tumeo cō ponit. Cōtumeo mes. Circūtumeo mes. Detumeo mes Distumeo mes. Extumeo mes. in eodē sensu ista tria. i. valde tumere. vel cessare. a tumore remoueri. Intumeo mes. i. intus vel ꝯtra tumere Pertumeo es. Obtumeo mes. Retumeo mes. et ab omnib⁹ istis inchoatia. Cōtu mesco zc Tumeo cū omnib⁹ suis ꝯpositis est neutꝝ. et ca ret sup. et cor. tu. Hora. i poetria. Uesanū tetigisse tumēt fugiātqz poetā. Et in aurora dr. Hic tumet ille timet. fu git hic hostē fugat ille

Tumidul⁹ la. lū. di. aliqntulū tumid⁹.

Tumidus. a tumeo mes. dr tumid⁹ da. dū. i. inflat⁹. su perb⁹. irat⁹. et ꝯpat. et a gtō tumidi addita tas. fit hec tu miditas tatis. Et differūt tumid⁹ et tumēs. qz tumidus est q semp tumz. Tumēs vo q ad tps ex aliqua causa tu met. vide p simile in timid⁹.

Tumor a tumeo dr hic tumor oris. vn̄ tumorosus sa. sum. i. tumorib⁹ plen⁹. et ꝯpat. vn̄ hec tumorositas tis.

Tumulo. in tumul⁹ vide.

Tumulul⁹ li. di. puus tumul⁹

Tumultuari⁹. a tumultuor aris. dr tumultuari⁹ aria riū. et hinc tumultuarij dicebant milites vel pedites q p solo tumultu ducebant in pliū. vel qz subito et cū tumul tu exeūt ꝯtra hostes ex improuiso venientes. vn̄ et illud gen⁹ militie dr tumult⁹ vel tumultuatō. vel ꝯiuratō

Tumultuor aris. in tumult⁹ est.

Tumult⁹. a tumeo mes dr hic tumult⁹ tus. i. seditō cō iuratō. diuersoꝝ garrit⁹ qsi tumor mult⁹. vn̄ tumultuo sus sa sū. i. tumultu plen⁹. et cōpat. Et tumultuor aris. i. tumultū facere. Et hinc tumultuari⁹ ria. riū.

Tumul⁹. a tumeo mes dr hic tumul⁹ li. s. mons breuis vel sepulcꝝ vel terra ꝯgesta supra sepulcꝝ. Et dr tumu lus qsi tumēs tell⁹. vn̄ hic tumullul⁹ dimi. et tumulosus sa. sum. i. tumulis plenus. et ꝯpat. vn̄ hec tumultuositas Itē a tumulus p sepulcro dr tumulo as. i. sepelire. vnde tumultuati aduer. Et ꝯponit Cōtumulo las. Detumu lo las. i. valde vel deorsuz tumulare. vel a tumulo remo uere. de tumulo extrahere. Intumulo las. retumulo las Et est tumulo actiuū cū suis ꝯpositis. et cor. mu Signi ficatōes hui⁹ nomis tumul⁹ ꝯphendunt in hoc versu. Mōs breuis est tumulus. bustum ꝯgestaqz tellus.

Tundo dis. tutudi. tusuz. tundere. i. pcutere. vberare. ꝯterere. ꝯfringere. Tundo ꝯponit Cōtundo dis. ꝯtudi ꝯtusuz. i. ꝯterere. pcutere. ꝯfringere. Unde ꝯtus⁹ sa. sum Detūdo dis. detudi sum. i. valde tundere vel deorsum. Extūdo dis. di. sum. i. extra tundere vel tundendo extra here. Intundo dis di. sum. i. int⁹ vel valde tūdere. Per tundo dis ptusi sum. Obtundo dis. si. sum. i. ꝯtra vel vn diqz tūdere. obturare. in angustia claudere vel phibere obserare. obsurdare. opprimere. Unde obtusus sa. sum. Retūdo dis si sum. i. retro tūdere vel tūdendo retro op pmere. et acumen ferri destruere. Tūdo et ei⁹ composita sunt actiua. Itez tūdo geminat pteritū in pma sillaba. et amittit ibi n. vt tutudi. penul. corr. sed in sup remanet n. vt tunsuz Composita ab eo oia amittūt geminatōz in p terito. et n. in sup vt ꝯtudi ꝯtusuz retudi sum zc. fm hug. et hoc fm modernos teneas. Scdm antiquos tn̄ supia pdictoꝝ vboꝝ inueniunt sepe retinere n. vt obtuns⁹. vn̄ vgi. in. j. geor. Uomeris obtūsi dentē cauat arbore litres Et introducit psti. istū vsuz Itē in pmo re. ca. xxj. inueni tur q retunse erāt acies vomeꝝ. Inueniunt etiaz supia pdictoꝝ vboꝝ sine n. Uñ aggei pmo Sacculū ptusum. Et format tūsuz a pma psona psentis do in sum vt tūdo sum Inuenit tondeo des et facit pteritū totōdi et sup. tō sum vide in suo loco Item scias q ꝯposita a tundo oia corr. penul pteriti vt ꝯtudi detudi extudi intudi ptudi. retudi obtudi.

Tunica A tonus dr hec tunica ce antiquissima vestis quasi tonica qz in motu incedētis sonū faciat Primuz enim fuerūt pellicee tunice qbus p⁹ electōnez de padiso adā et eua induti sunt Uñ tunicella le dimi. et tunicatus ta tū id ē tunica indut⁹ vel tunicā hn̄s et tunicos⁹ sa suz. id ē tunicis plen⁹ et tunico cas id ē tunicā induere

Tunicella le dimi pua tunica.

Tunicula le dimi pua tunica

Tunsim aduerbium id est minutim ꝯcisum vel pcussim et dicit a tundo tundis

Tunsum est supinū de tundo dis

Tuor tueris tuit⁹ sum id ē inspicere vel defendere ꝯte gere Uñ tueor eris tut⁹ sum scde ꝯiugatōis id ē inspice re vel defendere ꝯtegere Et fm pstia idē signāt tueor et tuor Et tā tuor qz tueor ꝯponunt et redūdant ꝯposita i eandē sigficatōz scz p inspicere Cōtuor eris ꝯtuitus sum. Cōtueor eris ꝯtut⁹ sum id ē ꝯsiderare inspicere Detue or eris detut⁹ sum Detuor eris detuit⁹ sum id ē valde vel deorsum tueri Intueor eris intut⁹ sum et intuor eris intuit⁹ sum id est ꝯtra aliquē vel int⁹ vel diligent vsus aliquē tueri Et distingue sic cōtuimur illa de qbus cum ea ꝯtuimur nulla surgit imago vt ligna Detuimur illa de quibus cum detuimur ea surgit imago in inferiori p te posita sicut aqua Intuimur illa de qbus cuz ea intui mur resultat imago supius vt speculum Item compoi tur obtuor eris obtuitus sum vel obtueor eris obtutus

sum.i.ↄtra vel vndiqꝫ vel ob aliqd tueri Tuor ꝛ tueor ꝛ ↄposita ab illis deponētia sunt ꝛ ↄposita in eadē significatōne inueniunt. Tuor ꝛ ei⁹ ↄposita faciūt supinū i tutū Tueor vō scde ↄiugatōis cū suis ↄpositis facit tutū Itē tuor deberꝫ facere infinitiū in tui.sꝫ cā differētie de tui p̄nomīs deficit.sꝫ accipit mutuo tueri.Cōposita vō ab eo habēt infinitiū scꝫ cōtui ꝛ detui ꝛc.vñ vsus. Pro speculor dicis ꝛ p defendo tueri Dat tutū tueor.tuitum tuor ambo tueri.Itē nota ꝙ tuor raro inueniť p defendere ꝛ sepi⁹ p inspicere.ecōuerso tueor raro inueniť p inspicere.ꝛ sepe p defendere.Sꝫ ↄposita raro vel nūqꝫ inueniunť nisi p videre sm hug.Prisc.vō in.viij.li. vbi agit de ↄiugatōe dicit ꝙ sunt qdaꝫ vba q̄ q̄ꝫuis eandē significatōnē seruēt.diuerse tñ ↄiugatōis sunt i vsu.vt Strideo des.ꝛ strido dis.Ferueo ues ꝛ feruo is.Tueor eris ꝛ tuor eris.Oleo les.ꝛ olo lis.excelleo les.ꝛ excello lis

Turba A turbo bas dr̄ hec turba be.i.turbatō.et turba ipsi multitudo.sꝫ multitudo nūero fit.Turba tantū i loco.Possūt eni pauci turbā in angusto facere.ꝛ ē turba nomē collectiū.ꝛ pōt recipe vbū pluralis nūeri ꝛ adiectiuuꝫ in plurali nūero.ꝛ in diuersitate generis. ꝛ hoc ratōe significatōis. Vñ in.vij.ca.iohānis Sꝫ turba hec que nō nouit legē.maledicti sunt ꝛc

Turbatō onis in turbo as est

Turbella le.i.turbatio.ꝛ dr̄ a turba.Aug.in li.de ciuitate dei.Omnē motū cordis ꝛ salū omnesqꝫ turbellas fluitare asserit.ꝛ p̄ducit hel.

Turben nis.in turbo nis est

Turbid⁹ da dū.in turbo as vide.

Turbo bas dr̄ a turbo nis Et ē turbare p̄cipitare.confundere ↄmiscere obscurare.vñ turbid⁹ da .dū.ꝛ ↄpať. Vñ hec turbiditas tis.ꝛ est turbidū de natura. Turbulentū vō fit.Et dr̄ turbid⁹ da dū.q̄si terbid⁹.i.terra ↄmixtus.scꝫ fece.ꝛ est ethimo.Turbo ↄponiť.Cōturbo bas. Disturbo bas.Deturbo bas.Exturbo as Proturbo bas Perturbo bas.Inde p̄turbat⁹ ta tū.Vñ a gtō perturbati addita o.fit hec p̄turbatō Quare aūt p̄turbatō nō cadat in sapientē dixi in sapiētia.Returbo bas Turbo ꝛ ei⁹ ↄposita sunt actiua Itē a turbo as dr̄ turbido as id est.turbidū facere.Et turbat⁹ ta tū.ꝛ a gtō turbati addita o.fit hec turbatō onis.

Turbo nis mas.ge.corr.pnl.gti.dr̄ a terra qd antiq̄ dicebāt hic turben nis.scꝫ vtigo volubilitatis vētoꝝ dict⁹ a terra.qꝛ quotiēs talis ventus ↄsurgit terrā in circūitu mittit. Vñ turbine⁹ nea neū Et turbinosus sa sum De causa hui⁹ vēti q dr̄ vētus turbo vide in vent⁹

Turbulent⁹.turba vel turbatō vel turbiditas ↄponiť cū lentos ꝛ dr̄ turbulētus ta tū.et turbulēs tis.i.turbid⁹ nō lucid⁹.Sꝫ turbidū de natura.Turbulētū vō fit ex accidēti.ꝛ vtrūqꝫ ↄpať.vñ turbulēte vel turbulenť aduer. ꝛ hec turbulētia tie.ꝛ turbulēto as.i.turbulētū facere.

Turdela le.qdā auis q̄ı maior turd⁹.ꝛ dr̄ a turd⁹.cui⁹ turdule sterc⁹ viscū generare dr̄ sm hug.

Turd⁹.a tard⁹ dr̄ hic turd⁹ di qdam auis qꝛ tarde volet.vel qꝛ tarde se referat scꝫ in fine autumni. Vñ turdinus na num penul.p̄du.

Turgeo ges si.sum.gere.i.inflari tumere.vñ turgesco scis incho.Turgeo cōponiť Cōturgeo es Deturgeo es Disturgeo es.Inturgeo es.p̄turgeo ges.Obturgeo es Returgeo es.ꝛ hinc inchoa.Cōturgesco scis. Deturgesco scis ꝛc.Turgeo ꝛ e⁹ ↄposita neu.sunt.ꝛ faciūt p̄teritū in si ꝛ supinuꝫ in sum.licꝫ p̄terita ꝛ supina taliū vboꝝ nō sunt in frequēti vsu vt notum est.

Turgidul⁹ la.lū.dimi.aliquantulū turgid⁹.

Turgid⁹ a turgeo ges.dr̄ turgid⁹ da.dū.i.inflat⁹ tumidus.irat⁹.ꝛ ↄpať.vñ hec turgiditas ditatis

Turgiolū.a turgeo ges.dr̄ hoc turgiolū li. vas interi⁹ grossum ꝛ turgidum.ꝛ corr.o. geo es

Turgor goris.mas.gene.i.tumor.turgiditas ꝛ dr̄ a tur

Turma.a turbo bas.dr̄ hec turma me.societas hominum ꝛ p̄prie triginta.s.ala Sed ala ↄtinet triginta milites.Turma triginta pedites. Vnd turmatī aduer.sicut a turba ībatim

Turmella le.dimi.p̄ua turma

Turmula le.dimi.p̄ua turma.ꝛ corri.mu

Turonis ciuitas est.ꝛ corr.pnl sicut ligonis

Turpeo pes.in turpis est

Turpiloquus.A turpe ꝛ loquor componiť turpiloquus qua.quū.penul.cor.i.turpia loquēs. Vñ hoc turpiloquium quij id est turpis locutō

Turpilucrū.turpis ↄponiť cum lucꝝ ꝛ dr̄ turpilucrus cra crū.i.turpiter lucrū faciēs. vñ hoc turpilucꝝ cri.turpis acq̄sitō lucri.ꝛ corr.lu. naturaliť.

Turpis.A torpeo pes.dr̄ hic ꝛ hec turpis ꝛ hoc pe.informis.qꝛ torpeat.Et compať.Et a dtō turpi.addita tudo fit hec turpitudo dis.Itē a turpis dr̄ turpo pas.i.inq̄nare turpē facere.vñ turpeo pes.pui.i.eē vel fieri turpem vñ turpesco scis.inhoa.Turpo ↄponiť deturpo pas.et est turpo actiuū cuꝫ omībus suis cōpositis

Turricula cule.dimi.p̄ua turris

Turris.a teres dr̄ hec turris hui⁹ turris.Et dicuntur turres q̄si teretes.qꝛ longe sunt.ꝛ recte ꝛ p̄cul rotūde videntur.licet q̄nqꝫ sint quadrate vel late Vel dicuntur a tueor q̄a p̄bēt defensionē.Et desinit actūs singularis in em ꝛ in im.turrē vel turrī ꝛ abltūs in e.ꝛ in i.turre vl turri.ꝛ gtūs plālis turriū.ꝛ actūs plālis in es vel in is.tres vel turris.vñ turric⁹ ca cū.turrib⁹ plen⁹ ad moduꝫ tris dispositus.ꝛ p̄du.pnl Et scias ꝙ turris gregis dicebať sm hiero.loc⁹ vbi iacob greges suos pauit.nomen loco inde relinquēs.Turris vō custodiū dicebať vbi custodes positi erāt ad custodiā p̄uintiaꝝ .

Turrit⁹ ta tū in turris est.

Turtur ris.a sono nomē habet genus auis ē. vñ turturin⁹ na nū pnl p̄du.ꝛ declinať hic turtur turturis.p̄miscui ge.pnl gti cor.ꝛ sub vno genere ꝛ vno articulo ↄp̄hendit animalia vtriusqꝫ sex⁹ Pōt ergo dici. Alba aq̄la ꝛ vn⁹ turtur.tā p mare q̄ꝫ p femia. nec fit restrictio ad masculinū cū dr̄.vn⁹ vel sol⁹ turtur.sicut ↄsueuit fieri in ↄmūi ge.cū dr̄ alb⁹ ciuis.tñ q̄nqꝫ p̄nomia recipiūt adiectiua ↄtra naturā sui articuli cā discernendi sexū.vnde inueniť.Anser erat cuidaꝫ p̄cioso germine feta Sillit dictuꝫ est de turture Sola volabit.sola sedebit.tñ notabiliores autores hijs abusionib⁹ nō vtunť. De hoc diui tercia pte in tractatu de genere noīm vbi egi de epycenis.ꝛ est turtur auis pudica . Vñ di.bern.in.li. sermo.cāticorum.Turtur ↄpare vno ↄtēta est. q̄ amisso alteꝝ iā non admittit.numerositatē in hominibus nuptiaꝝ re.dar

gnens. Nam ꝛ si forsitan culpa p̄pter in ↄtinentiam venialis est.ipsa tñ tanta incontinētia turpis est. Pudet tñ negociū honestatis ratōꝫ nō posse in hoīe qd natura pōt in volucre cernere.cuꝫ.n.turturē tpe suo viduitatis sancte viduitatis op⁹ strenue atqꝫ infatigabiliť exequētem videas vbiqꝫ singularē.vbiqꝫ gementē audias nec vnq̄ꝫ in viridi ramo residentē inspicias.ꝛ tu ab eo discas voluptatū virētia imo virulētia vitare. Adde ꝙ i iugis montiū ꝛ sūmitate arboꝝ frequētior illi ↄuersatō est et. qd vel marie p̄positū pudicicie decet.doceat nos t̄rena despicere ꝛ amare celestia.Ex qb⁹ colligiť ꝙ vox turturis sit etiā p̄dicatio castitatis.Neqꝫ.n.a p̄ncipio vox ista in terris audita est sꝫ magis illa Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terrā.

Turturi dicunť pastores q̄ fistul canūt.

Tus turis.vide in thus aspirato .

Tuscia.a tus turis dr̄ hec tuscia cie.qdam p̄s ytalie.a frequētia turis ꝛ sacroꝝ dicta.eadē ꝛ tyrrenia a tyrreno fratre lidi.vñ tus⁹ca.scū.gētile. vide in lidia

Tussicula le.dimi.p̄ua tussis

Tussis.a tundo dis dr̄ hec tussis sis.qꝛ tundit pectus. vel dr̄ sica ton.i.ab altitudine.qꝛ a p̄fundo pectoris veniat.ꝛ desinit ablatiu⁹ in i.vt tussi.ꝛ actūs in im tantum Et sunt q̄nqꝫ noīa latina q̄ faciūt in im tantū actīm. vñ vsus.Im tantū faciūt hec q̄rtum noīa casuꝫ. Vim buri tussim maguderimqꝫ sitim.A tussis dr̄ tussio sis.siui. sire.siū.vñ hic tussit⁹ tus.ꝛ tussito tas.fre.pnl p̄du .

Tussit⁹ tus.in tussis est .

Tutamē a tutor taris dr̄ hoc tutamē mis.i.tutamētuꝫ ꝛ p̄du.pnl nti.sed cor.pnl gti

Tutela a tueor eris.tut⁹ suꝫ.dr̄ hec tutela le.i.defensio. Et est tutela in liberꝝ capite alic⁹ q̄ p̄pter etatē nec se nec sua defendere potest. Tutela dabiť liberis. Patronus huius.vñ tutelo las.i.defendere.vñ hec tutelatō onis.et hoc tutelamen minis.ꝛ hic tutelat⁹ tus.ꝛ hic tutelator.i.defensor.

Tutelari⁹.a tutela dr̄ tutelari⁹ ria.riū fensor.ꝛ p̄d.te defensori⁹ p̄tectorius .

Tuto tas.in tutor taris.vide

Tutor taris.i.frequēter defendere.huare vbuꝫ. freq̄n. Et dr̄ a tueor eris.tutū tutu.addita or.sm modernos. et ↄponiť Cōtutor taris.vñ antiq̄ dicebāt ↄtuto tas.vñ in quito ca.baruth.Sacerdotes seris hostia turāt. ꝛ p̄d.tu

Tutudi p̄teritū de tūdo dis.in tūdo dis.vide.

Tut⁹ a tueor scde ↄiugatōis descendit tut⁹ ta. tū.vnde dicendū est.Tut⁹.Detut⁹. Intut⁹.Obtut⁹ Sꝫ tuitus descēdit a tuor eris tercie ↄiugatōis.vide in tut⁹.

Acca uacce. a uacillo las. dr̄ hec vacca ce.i. bos

q̄si vacilla ꝛ debil respectu tauri.vel vacca dr̄ a bos q̄si boacca. sicut a leo leena.ꝛ a draco dracena.vñ vaccin⁹ na.nuꝫ.Et hic vaccari⁹.ꝛ hec vaccaria rie. custos vaccaꝝ.Et hec vacca q̄daꝫ ciuitas hispanie.ab abūdantia vaccaꝝ ita dicta.vacca etiā dr̄ q̄daꝫ ciuitas in numidia.vñ vacce⁹ cea.ceū.ꝛ hic ꝛ hec vaccēlis ꝛ hoc le.et germinat c.vacca ꝛ oīa ab eo deriuata

Vaccella le.dimi.p̄ua vacca

Vaccula le.dimi.p̄ua vacca.

Vacillo a vaco cas dr̄ vacillo as.i.titubare.instabilem esse.tremulare.labare.trepidare.vñ vacillās p̄ticipiū.ꝛ p̄du.va.vñ ouidi⁹ in herbamor.Spes mea vacillat subtili pēdula filo.vt dicit magister bene.

Vaccinia herba coloris purpurei

Vaco cas caui catū care.i.esse vel fieri vacuū.Et licꝫ videať ad alias signficatōes trāsferri.tñ omēs redolēt illaꝫ Dicit eni vaco lectōni.i.insisto lectōi ꝛ opam do. et vaco a lectōe.i.cesso vel deficio a lectōne.vaco numis .i.careo.Sꝫ oēs iste significatōes redolēt p̄mā. Cū vō dico vaco lectōni idē est ac si diceret.vaco ab alijs reb⁹ ꝛ insisto lectōi.vñ vacat impsonale.i.esse vacuū vel licitū esse vel oportunū.vñ vacat mihi legere.i. oportunitatē legendi habeo.et nō impedior ab alio negocio Vaco cū suis cōpositis siqua habꝫ ē neutꝝ.et cor.hāc sillabā va. vñ lucanus in q̄nto li.Fata vacēt p̄cep mor⁹ hec cūcta sequenť.

Vacuefact⁹.in vacuo as est

Vacuna a vaco as dr̄ hec vacuna ne.dea vacatōnis ꝛ ocij.Hora.Hec tibi dictabā p⁹ fanū pulcre vacune.

Vacuo as aui are.et sm papiā vacuat.i.inanit.qd int⁹ est aufert. Vñ vacu⁹ cua.cuū.i.van⁹. ociosus. destitut⁹ sine eo qd habuit et cor.p̄mā. Ouidi⁹ Da vacue menti quo teneať op⁹.Et ↄponiť cū fact⁹.et dr̄ vacuefact⁹ ta tū Job.xiij.Et fluui⁹ vacuefact⁹ arescat

Vadimoniū nij.in vadiū est.

Vadio as.in vadiū exponiť

Vadiū.a vas dis.dr̄ hoc vadiū dij.et hoc vadimoniuꝫ nij.in eodē sensu scꝫ pign⁹ vel fideiussio Vñ vadio as.i. in vadio ponere.vadiū vel pign⁹ alicui dare.Et ↄponiť Cōuadio as.Inuadio as.Obuadio as.i.ↄtra aliuꝫ vadiare.Reuadio as.i. repignerare. a vadio recolligere. Subuadio as.i.p⁹ vel latenť vadiare Et ē vadio actiū cū omnib⁹ suis ↄpositis.et cor.va

Vado das daui.dr̄ a vadū.et ē vadare p vadū trāsire. vel p vadū ducere.vt vado istū.vel vado equū. et cōponiť. Peruado as.Reuado as.Trāsuado as. Et est vado neutꝝ cū suis ↄpositis p trāsire p vadū.In alia signficatōe est actiū.et cor.va sicut vadū.sꝫ vado dis p̄maꝫ p̄ducit. Vñ vsus. Vado viā.vado quadrupedē. vadio vadiū do.et vador illud ideꝫ significare solet. Prima vado lego tercia vado lego

Vado dis vasi .sum.vadere.i.ire vel p̄gere. Vado cōponiť.Cōuado dis.Euado dis.euasi.i.extra vadere.effugere.liberari.Inuado dis.inuasi sum.inuadere.i. impetere aggredi.arripe. Peruado is.p̄uasi.i.p̄fecte vadere vel p aliud vadere Vado et ei⁹ ↄposita sunt neutra.preter inuado.qd est actiuū.et oīa faciūt p̄teritū in si.ꝛ sup. in sum.et p̄du.va. Vñ pamphilus Et mō vadit eques q̄ solet ire pedes

Uoueo ues. ui. tum. vouere. i. ſponte ꝓmittere. deſtinare. Et componiſ Cõuoueo ues. Deuoueo ueſ. i. valdẽ uel deorſum vouere. vl' maledicere. execrari. Reuoueo ues id eſt iterum vouere. Et eſt voueo actiuum cum omnibus ſuis ꝯpoſitis. ⁊ corri. vo. Unð iuuenalis quarto li. Alẽ võ ſi comedas mactare vouebat. In p̃terito tñ ⁊ ſupino ꝑmaꝫ ꝓdu. voui. votũ

Uox cis. diciſ a voco cas. ⁊ ꝓdu. o. ante c. Sꝫ voco cas corrip. o. ante c. Uel vox ſm quoſdam diciſ a boo boas mutato b. in u. ⁊ vltima o. ſubtracta. ⁊ addita x. Et diciſ ſm papiam vox. quia voluntatẽ animi annũciat. q̃a voces ſunt note eaꝝ q̃ ſunt in anima paſſionum. Uox cõponiſ. Equiuocus. vniuocus. multiuocuſ ca. cum. id eſt ſinonimus. Et ſcias ꝙ auguſtinus ponẽs differẽtiaꝫ inter v̓bum ⁊ vocem. dicit v̓bum eſſe ipam cogitatõneꝫ q̃ adbuc intra conſciẽtie ſecreta retineſ. Uocem vero dicit ꝑ quam v̓bum ꝓferſ in medium. Uox ſonus ẽ index cogitatõis. Uerbum võ ipa cogitatõ. Sicut enim quãdo v̓bum in corde concipimus neceſſaria eſt vox ſicut quoddam vebiculum verbi. ⁊ q̃ꝫuis v̓bum ipm ꝑ oris ſonum ad alium transferamus. tamẽ id integruꝫ etiam intra nos. id eſt clauſum a loquẽte ſic transferſ. vt ⁊ int⁹ in ſua ſede teneaſ Ita etiam omnipotẽs pater innoteſcere nobis volẽs ſapiẽtiam. ⁊ v̓bum illud quod in principio erat deus apud deum. ſicut ipe teſtaſ. Eructauit cor meum v̓bum bonũ. beatũ iobannẽ quaſi vocẽ ꝑ quam ad nos v̓buꝫ ſuũ ꝓferret aſſũpſit. qð q̃deꝫ v̓buꝫ de illa ſede ita ad nos deſcendit. vt in ſinu. i. ꝓfundo patni pectoris ꝑmaneret. ⁊ rena viſitãs ⁊ celeſtia nõ derelinquẽs.

V ante P

Upupã greci appellant. q̃ ſtercora bumana comedat. ⁊ fetenti paſcaſ fimo. auis eſt q̃dam ſpurciſſima. criſtis extẽſis galeata. ſemꝑ in ſepulcris ⁊ bumano ſtercore commorans. ⁊ cor. pnl't. Uñ allexanð. Cõſultis vpupis q̃ petunt excelſa volando.

V ante R

Ur lingua cbaldaica ignis vel flama diciſ. Uel ſcðm remigium. Ur interp̃taſ lumen vel ignis. ſeu incẽdium vel feneſtra. Et ſcias ꝙ gloſa di. exponẽs illud eſa. xxix. Qui redemit abraam de vr cbaldeoꝝ ⁊c. Legiſ võ cbaldeos arã ⁊ abraam in ignem ꝓieciſſe. eo ꝙ nolent vr. id eſt ignem colere. Arã ibi expirauit. abraaꝫ võ illeſus exiuit. vnð geñ. xv. Ego dñs q̃ te eduxi de vr cbaldeorum Ignis võ lingua eoꝝ vr diciſ

Uranus. ab vr quod eſt ignis diciſ vranus ni. i. celum q̃a igneum eſt. Unð vranicus ca. cum. i. celeſtis. Et vranius nia nium. in eodem ſenſu. ⁊ bec vrania nie. q̃dam muſa q̃ſi celeſtis q̃ ⁊ vrane nes. dr

Uranuſcop⁹. Uranus componiſ cum ſcopin quod ẽ intẽdere vel ſpeculari. ⁊ dr vranuſcop⁹ pi. pnl't cor. q̃daꝫ piſcis ſic vocat⁹ ab oculo quẽ in capite bꝫ quo ſp intendit verſus celum

Urban⁹. ab vrbs dr vrban⁹ na. nũ. i. ciuis ꝓprie romanus. vel curial'. ⁊ ſm boc ꝯpaſ. vnð bec vrbanitas tatis id ẽ curialitas. ⁊ ꝯponiſ Inurban⁹ na. nũ. i. ruſtic⁹. ⁊ cõpatur. vñ bec inurbanitas tatis.

Urbeuet⁹. q̃daꝫ ciuitas ẽ. de q̃ dixi in orbiũuei.

Urbs. Uruus vel vrbus pars eſt aratri. vnð bec vrbſ vrbis. q̃a aratro olim murus ciuitatis ſolebat deſignari. Locus võ future ciuitatis ſulco deſignabaſ. id ẽ aratro quod tbaurus ⁊ vacca trabebant. vide in ianua. vl' vrbs diciſ quaſi orbs ab orbe. i. a rotunditate. quia oliꝫ vrbes rotunde fieri ſolebãt ⁊ fiunt quãdoq̃ꝫ adbuc. Et ſola roma ꝑ excellentiam vrbs diciſ. cetera võ opida dicuntur cum adiuncto vrbs. vt Urbs bononia. vrbs ianua. Opidum ad babitatores ꝑtinet. Ciuitas ad leges. Urbs ad vtrunq̃ꝫ. Et formaſ genitiu⁹ a nomiatõ interpoſita i. vt vrbs vrbis.

Urceolus li. dimi. ꝑuus vrce⁹

Urceus rei. vas aquaticum. ⁊ diciſ ab orce. quod eſt recipere. quaſi orceus. De quo dixi in orca. Matbei ſeptimo capitulo. Baptiſmata vrceoꝝ ⁊ calicum ⁊c. ⁊ eſt gtĩ caſus vrceorum

Uredo dĩs. fe. ge. dr corruptõ ex vrẽte vẽto ꝓueniẽſ. qñ ſtãtes ſegetes aduſte videnſ in campo. ⁊ ꝓdu. pnlt. nĩſi corri. penultimam gtĩ

Urgeo ges. gere. geo mutata in ſi. ⁊ ſi. in ſum. fit vrſum ſm p̃ſtia. Et eſt vrgere ſtringere. coercere. ſtimulare. ⁊ inde vrgeſco ſcis. incboatiuum. Urgeo componiſ Peruigeo ges. Et eſt vrgeo actiuum cum omĩbus ſuis cõpoſitis. ⁊ facit p̃teritum in ſi. ⁊ ſupinum in ſum. ſed nec preteritum nec ſupinum ſunt in frequẽti vſu modernoꝝ.

Uria. ab vro ris. bec vria rie. vel vrica ce. vĩnis caulis vel porri. q̃a vrit. ⁊ cor. pnl't

Urica ce. pnl't. cor. idem eſt qð vria.

Uriel. diciſ ab vr ꝑ compoſitõem. et interp̃tatur ignis dei. Sicut enim legimus apparuiſſe ignem in rubo. ſic

Legimus etiam igneꝫ miſſum deſuꝑ ⁊ impleſſe quod p̃ceptum eſt ⁊ acuit pnl't

Urina. ab vro ris dr bec vrina ne. quia vrat. vel quia vſta ſit. vel q̃ renibus egrediſ q̃ lotium vulgo vocatur. q̃ ea lota veſtimẽta munda efficianſ. vnð bec vrinaria rie. ⁊ boc vrinariũ rij. vas aptum ad recipiendũ vrinaꝫ. Quod ⁊ vrinale lis. diciſ. ⁊ vrino nas. i. vrinam facere. mingere. ⁊ ꝓdu. ri. Et vt di. yſido. Iudicõ vrine a renib⁹ egreſſe ſal⁹ vel egritudo monſtraſ

Urinula le. dimi. ꝑua vrina. ⁊ cor. nu

Urna. Ab vrgeo ges. dr bec vrna ne. q̃ vrgeat colluꝫ. ſcꝫ q̃dam menſura quam q̃dam quartariũ vocãt. Item vrna ꝓprie eſt vas quod ꝓ condendis defunctorũ cineribus adbiberi ſolet. De quo diciſ. De celo tegitur qui non babet vrnam

Urnula le dimi. ꝑua vrna

Uro. ab vr quod eſt ignis diciſ vro ris. vſſi. ⁊ ſi. in tum facit ſupinũ vſtum. vrere. i. incendere. comburere. Uro componiſ Aduro ris. aduſſi. aduſtum. i. valð vrere. aburo ris. Circũuro ris. Comburo ris. Exuro ris. i. valde vrere. Inuro ris. i. valde vel intus vrere. vel vrendo imꝑmere. Oburo ris. i. circũurere. Peruro ris. Uro ⁊ ei⁹ compoſita actiua ſunt. ⁊ faciũt p̃teritum in ſi. geminato s. ⁊ ſupinum in ſtum. ⁊ ꝓdu. u. Horati⁹ in epyſto. Nec furtum feci nec fugi ſi mibi dicat. Seruus babet p̃cium loris non vreris aio.

Urſari⁹. in vrſus exponiſ.

Urſellus li. in vrſus exponiſ.

Urſinus. in vrſus exponiſ

Urſiolus li. dimi. ꝑuus vrſus

Urſus ſi. diciſ ab irſut⁹. quia irſutus ſit. vel diciſ ab vrgeo ges. q̃a vrgeat arreptũ. vel q̃ fortiter vrget. i. ſtrĩgit. quem app̃bendit. vel vrſus diciſ ab os oris. q̃a ore ſuo format fetus. quaſi orſus. Nam aiunt eos informes generare fetus vel ꝑtus. ⁊ carnem quãdam quaſi q̃ddam fruſtrũ parere. quaꝫ mater lambẽdo in mẽbra compoĩt ⁊ ſic poſtea viuificaſ. ⁊ binc vrſi turpes dicunſ. Item vrſorum caput inualiduꝫ eſt. vis maxima in bracbijs ⁊ lũbis. vnde erecte inſiſtunt. De vrſa ſic di. ambro. in ſexto bexame. Urſa inſidians vt ſcriptura ait. Eſt eniꝫ plena fraudis fera. tamẽ ferſ informes vtero ꝑtus edere. ſꝫ natos lingua lingere. atq̃ꝫ in ſpẽm ſui. ſimilitudineꝫq̃ꝫ formare. Non mireris in fera tam pij oris officia. cui⁹ pietas naturam exp̃mit. Si vrſa igiſ part⁹ ſuos ad ſuaꝫ effingit ſimilitudineꝫ. tu filios tuos inſtituere ſimiles tibi non potes. Ab vrſus diciſ bic vrſul⁹ li. ⁊ bic vrſellus li. ⁊ vrſiolus li. ⁊ vrſiculus li. oĩa dimi. ⁊ bec vrſa ſe. ⁊ binc ſimiliſ dimi. vrſula le. ⁊ bec vrſella le. ⁊ vrſiola le. ⁊ vrſicula le. Item ab vrſus diciſ vrſeus ſea. ſeum. ⁊ vrſinus. na. num. ⁊ vrſari⁹ ria. rium. Et bic vrſari⁹ rij. canis apt⁹ ad capiendũ vrſos. vel bõ ſiue canis q̃ venaſ vrſos

Urtica. Ab vro uris dicitur bec vrtica tice. quedã berba dicta ꝙ tactus eius corp⁹ adurat. Eſt vero ignee nature. ⁊ tacta perurit. ⁊ ꝓducit penultimam. Unde boc vrticetum vrticeti. locus vbi abundant vrtice. ⁊ vrticinus ticina. ticinum. penultĩa ꝓducta. ⁊ vrticari⁹ ria. riũ. ⁊ vrtico cas. id eſt vrticis inuoluere.

Urticinus in vrtica vide.

Urus. ab vro ris dr bic vrus ri. i. bos ſilueſtris

V ante S

Us interp̃tatur ꝯſiliator. ⁊ eſt q̃dam terra gentiliũ. Unde dicit grego. ſuꝑ illud iob. Uir erat in terra vs nomĩe iob. Quis neſciat ꝙ vs ſit terra gentiliũ.

Uſya ſye. fe. ge. i. eſſentia. Unð ⁊ vſya diciſ ſubſtantia. ⁊ ꝓprie compacta ex materia ⁊ forma. Iteꝫ vſya diciſ q̃libet forma ⁊ quodlibꝫ accidẽs. q̃ quodlibet accidẽs vere diciſ eſſe cum eſt in ſua natura. ⁊ ꝑ ſe intellectũ intelligitur inuariabile. licet varieſ tactu diuerſoꝝ ſubiectoꝝ. mõ intendẽdo. mõ diminuendo. Unð bic ⁊ bec vſyalis ⁊ boc le. ⁊ acuit pnl't. vſya. ⁊ ꝑ compoſitõnem diciſ omouſyon de quo dixi in ſuo loco.

Uſito. ab vtor teris. vſi. diciſ vſito tas taui tatum. tare. id eſt in vſu babere. vnde vſitatus ta. tum. Et ꝑ compoſitõnem Inuſitat⁹ ta tum. ⁊ vtrũq̃ꝫ ꝯpaſ. ⁊ corri. ſi. vſito.

Uſpiam. i. in aliquo loco. alicubi aduer. loci. ab vll⁹ dr. ⁊ eſt ibi piaꝫ ſillabica adiectõ. vñ non acuiſ in fine. q̃ accent⁹ p̃ncipalis nõ debet poni in ſillabica adiectõe

Uſq̃ꝫ. i. in aliq̃ loco aduer. loci. ab vllus diciſ

Uſqueq̃q̃ꝫ. i. ꝑ omĩa. nimis. ex toto. ⁊ acuit pnl't

Uſqueq̊. i. quãdiu. quouſq̃ꝫ. ad quẽ finem. ſm papiaꝫ. vel plenius poteſt dici ſic. vſquequo. i. aliquantuluꝫ. aduerbiũ eſt quãtitatiſ. vnð in pſalmo. Cõuertere domine vſqueq̊. i. aliquãtuluꝫ. Item vſqueq̊. i. vndiq̃ꝫ. aduerbiũ eſt loci. vnð zacba. vnj. Uſqueq̊ veniãt populi. i. vndiq̃ꝫ Item vſqueq̊. i. quouſq̃ꝫ. vel q̃ꝫdiu aduer. eſt temporis. vt ibi. Uſqueq̊ domine obliuiſceris me in finem. Item quãdoq̃ꝫ poniſ ꝓ donec. ⁊ eſt aduer. tempis. vt in ſecundo macba. cap̃. j. Sacerdotes pſallebãt bimnos vſquequo ꝯſumptũ eſſet ſacrificiũ. i. donec. ⁊ acuit vltimã ſm vſum vſquequo

Uſſi. i. cõbuſſi p̃teritũ de vro ris.

Uſticium ab vro ris. diciſ boc vſticium cij. gen⁹ quoddam tincture. quia ex vſto eſt

Uſtrina ab vro riſ. dr bec vſtrina ne. pnl't ꝓdu. loc⁹ vbi ꝯburunſ corpa. vnð vſtrino nas. i. ꝯburere.

Uſtulo ab vro ris. uſtum. diciſ vſtulo las. i. urere vl' incendere. et formaſ ab uſtu ſupino addita lo. ⁊ corri. ſtu. ⁊ componiſ. Aduſtulo las. Deuſtulo las. Inuſtulo laſ Semiuſtulo las. vnde ſemiuſtulatus ta. tum. vnde di. auguſti. de ciui. dei. Pontifex ſue ſalutis oblit⁹ irruenſ in ignem ſemiuſtulatus eſt. ⁊ in eſdre ſecũdo ca. quarto q̃dam legunt. ⁊ ſuꝑ ſacrariũ olocauſtomata vſtulare q̃tidie. Alia lrã inuenitur ibi cõmunior. ſ. olocauſtomata boſtilare ⁊c. ⁊ eſt idem boſtilare qð immolare vel incendere. ꝙ autẽ diciſ boſtilare. quaſi boſtias litare. vel quaſi vſtulare etbymologia eſt Et ſcias ꝙ bec lrã inuenitur in biblijs correctis. ⁊ ſuꝑ ſacrarium olocauſtomata boſtilare quotidie. ſed in aliq̃bus antiquis biblijs inueniſ

Uſtus ab vro ris. vſſi. vſtum. diciſ vſt⁹ vſtulare. ſta. ſtum. i. cõbuſtus. ⁊ componiſ. Inuſtuſ ſta. ſtum. Semiuſtus ſta. ſtum. ⁊ ꝑ ſincopam Semiuſt⁹ ſta. ſtum. ꝓ ſemiuſtus. Itẽ ab vro diciſ bec vſtura re. i. ꝯbuſtio.

Uſucapio pis. componiſ ab vſus ⁊ capio. ⁊ acuitur ca. licet ſit breuis. vt dicaſ vſucapis pnl't acuta. ſicut et fidciubes. Sicut dixi in ſcða ꝑte in ca. de ipedimẽto ꝯſortij.

Et sciás ꝙ vsucapio aliud est ꝑ compositõnem. ⁊ ali
ud sine compositõe. q꞉ ꝑ compositõem ꝑtinet ad quod
dam ius. sed sine compositiõne ꝑtinet ad quemcunqꝫ ca/
piendi vsum.
Usufruct⁹. ab vsus ⁊ fruct⁹ componit̃ hic vsufructus
ctus. ctui. vel hic vsusfruct⁹ ctus. ctui. vt ex vtraqꝫ parte
declinet̃. illud qđ suscipit̃ ex agro ad vtẽdum.
Usura. Ab vtor teris. dicit̃ hec vsura re. incrementum
pecunie mutuate. ab vsu eris debiti dicta. Unde vsura/
rius ria. rium. ⁊ hic vsurarius rij. ⁊ vsuro ras. i. vsuram
facere. vel ad vsuram dare ſm huguitõnem. Hiero.
sup ezech. sic di. Putant aliqui vsuram tãtum esse in pe
cunia. sed intelligunt vsuram vocari supabundantiam
scꝫ qđquid est si ab eo quod dedit pl⁹ est. vt si in hieme
demus decem modios vt in messe vndecim recipiam⁹
Hoc tamẽ sic est intelligẽdum si plus valeant in messe
vndecim modij ſm cõmune forum q̃z in hieme decẽ. ali/
as si fiat cõmensuratõ dati ⁊ accepti ad valorẽ pecunie
non erit vsura ſꝫ erit equalis cõmutatõ Item sciás
ꝙ res q̃dam sunt quarum vsus est ipa eaꝝ consumptio
q̃ non habẽt vsufructum ſm iura. Et ideo si talia fuerit
ꝑ vsuram extorta. puta denarij. triticum. vinum. aut ali
quid huiusmõi. nõ tenet̃ homo ad restituendum nisi id
qđ accepit q꞉ id qđ de tali re erat acq̃sitũ. ñ ẽ fruct⁹ h⁹ rei.
sed humane industrie. nisi forte ꝑ detentõnem talis rei
alius sit damnificatus amittẽdo aliquid de suis bonis
tunc v̄o tenet̃ ad recompensatõem sui nocumenti. que/
dam vero sunt res quaꝝ vsus nõ est earuꝫ consumptõ.
⁊ talia habẽt vsufructum. sicut domus. ager. pratum. et
alia huiusmõi. Et ideo si quis domum alteri⁹ aut agru̅
ꝑ vsuram extorsisset. non solu̅ teneret̃ restituere domuꝫ
aut agrum. ſꝫ etiam fructus inde ꝑceptos. quia fructus
sunt reru̅ q̃rum alius est domin⁹. ⁊ ideo ei debent̃. Sed
potest sic queri. An minus possum recipe ab eo cui bñ/
ficus extiti. q̃z ab eo cui nullum beneficiu̅ ꝯtuli. ſꝫ si aliq̃s
cui non mutuaui aliquid mihi daret de suo etiaꝫ si spe/
rassem accipe. licite retinere possem. ergo ⁊ ab eo cui be/
neficus extiti mutuum ꝯcedẽdo licꝫ mihi aliqđ expecta
re recipe ⁊ retinere. Ad hoc est dicẽdum ꝙ ab eo cui bñ
ficium cõtuli. licꝫ mihi tãtum sperare ⁊ accipe quantuꝫ
feci ⁊ non plus. Quidqđ autẽ de vtilitate ꝯtingit ei cui
mutuum dedi. vltra mẽsuram mutui ex pecunia mutu/
ata. hoc est ex industria eius qui sagaciter pecunia vs⁹
est. Industriã autem eius vẽdere non debeo. sicut nec ꝑ
stulticia eius minus habere debeo. Item di. criso. sup il/
lud math. xxj. ca. Eijciebat emẽtes ⁊ vẽdẽtes de templo
Qui locat agrum vl' domu̅ vsum suum dare videt̃. et ꝑ
eo pecuniam accipe. ⁊ quodammõ q̃si cõmutare videt̃
lucrum cu̅ lucro. Ille aũt qui vsuras dat ⁊ mutuu̅ acci/
pit in necessitate non peccat. nec vsurario cõmunicat in
quãtum huiusmõi. quia nõ voluntari⁹ vsuras dat. ſꝫ q̃i
coactus necessitate. nec dat vsurario occasioneꝫ vsuras
accipiẽdi. ſꝫ mutuãdi. nec placꝫ ei vsuraꝝ acceptõ. ſꝫ mu/
tuatõ que est bona. quia est subuẽtio sue necessitatis vl'
alteri⁹. ⁊ sic ex malo vsurarij elicit̃ aliqđ bonu̅. Ille v̄o q̃
recipit vsuras mortalit̃ peccat.
Usurella le. dimi. ꝑua vsura
Usurpo. Utor vel vsus componit̃ cum rapio ⁊ dicitur
vsurpo pas. i. ꝯtra vsum rape. siue in vsu habere. vl' illi
Usurula le. dimi. ꝑua vsura cite vti.
Usus. Ab vtor teris. d꞉ id est exercitatus. vsuꝫ alicui⁹
rei habẽs. Et hic vsus. huius vsus. i. assiduitas exercitiu̅
ꝯsuetudo. Pamphilus. Usus ⁊ ars docuit q̃ sapit oĩs
homo. Et componit̃ cum fructus. ⁊ dicit̃ vsufruct⁹. id ẽ
illud quod suscipit̃ ex agro ad vtẽdum. Et sciás ꝙ vt di
cit horaci⁹ in poetria. Multa renascent̃. q̃ iam cecidere
cadẽtqꝫ. Que nu̅c sunt in honore vocabula. si volet vs⁹.
Que penes arbitriu̅ est ⁊ ius ⁊ forma loquendi. Item ꝑ
stianus tractãs de datõ plurali secu̅de declinatõnis di.
Oportet scire q̃dem analogie ratõnem. vsuꝫ tamen au/
torum magis emulari. Et attende hic diligent̃ ꝙ ꝑs.
nõ dicit simplicit̃ vsum ſꝫ vsum autoꝝ. Nam vt di. bea
tus ambro. Uulgi vsus no ꝑiudicat veritati. Et aristo.
in ꝑmo topi. di. Positõ est opinio extranea alic⁹ notoꝝ
ſm philosophiã ⁊c̃. Et p⁹ pauca. Nam quolibꝫ ꝯtraria
opinionib⁹ ꝑferente solicitu̅ esse stultu̅ est.

V ante T

Ut multa signat Nam vt. i. postq̃z. vt. i. sicut. vt. i. q̃zuis
vt. i. simt̃. vñ de q̇busdam ꝑdictoꝝ dicit q̃dam. Ut p⁹ q̃m
dicas. vt q̃zuis. vt quoqꝫ simul.
Utẽsilis. ab vtor d꞉ hic ⁊ hec vtẽsilis ⁊ hoc le. ad vtẽdu̅
apt⁹ vel necessari⁹. vel vtẽsilia dicunt̃ in domo vsib⁹ ne/
cessaria. s. supellectilia. ⁊ cor. si. vtẽsilis
Uter tris. ⁊ hi vtres vtriu̅ vtribus. mascu. ge. vas vina
rium. ⁊ dicit̃ ab vterus. qui q̇a aliquid intrinsec⁹ habet.
vt membra ⁊ viscera. sic ⁊ vter. vel q̇a ad modum vteri
amplus sit ⁊ inflatus. Et sunt vteres ꝓprie de corio. ps.
Sicut vter in pruina.
Uter. tra. trum. gtõ vtrius dicit̃ ab vtor ris. Et est vter
idem quod quis. Sed vter ꝓprie dicit̃ de duob⁹. Quis
de plurib⁹ q̃z duobus. Undẽ vter facit interrogatõnem
de duobus tãtum diuidue. vt vter istoꝝ legit. Quis v̄o
de pluribus q̃z de duobus. vt q̇s istorum triu̅ vl' quatu
or legit. Potest tamẽ ⁊ quis dici de duobus. licet nõ ita
ꝓprie sicut vter. Sꝫ vter nu̅q̃z dicit̃ nisi de duob⁹ tãtu̅
Et nota ꝙ quodlibꝫ ꝯposituꝫ ab vter dicit̃ tantu̅ d' duo
bus sicut ⁊ vter.
Uterinus ab vter dicit̃ vterin⁹ na. num. pnl't ꝓducta. ⁊
sunt vterini q̇ ex eodem vtero ⁊ diuersis patrib⁹ sunt ge
niti. q꞉ vter⁹ tantu̅ mulieris est. Et componit̃ Couterin⁹
vide etiam in frater
Uterqꝫ. Uter tra. tru̅ componit̃ cum que vel sillabicã
⁊ dicitur vterqꝫ. vtraqꝫ. vtrunqꝫ. gtõ vtriusqꝫ. i. iste ⁊ ille
vnus ⁊ alter. vnde vtrinqꝫ aduerbiu̅. i. ex vtraqꝫ parte.
vndẽ in ezech. capi. xl. Finis vtrinqꝫ ſm vnam lrãm. gre.
autẽꝫ exponit vtrunqꝫ ac si diceret v troru̅qꝫ. Et sciás ꝙ
vtraqꝫ acuit penul. ⁊ pleraqꝫ ꝓpter cõsortium masculi
norum ⁊ neutroꝝ suoꝝ in q̇bus penultima de necessita
te acuit̃. vt vterqꝫ. vtraqꝫ. plerusqꝫ. pleru̅qꝫ. Põt tñ esse
in cã coniunctio encletica. siue epytasis. i. sillabica adie/
ctio. scilicet qꝫ
Uterus. ab vter. tra. tru̅. dicit̃ hic vterus ri. ⁊ est prope
mulierum. s. locus cõceptõis. q꞉ duplex sit. ⁊ in vtraqꝫ ꝑ
te se in duas ꝑtes diuidit. que in diuersum diffuse ac re/
plete circu̅plicant̃. vel dicit̃ vter⁹ q̇a interi⁹ impleat̃ fetu

vide in venter ⁊ cor. u. ante r.
Uti aduer. similitudinis. i. sicut. Et inde componitur si
cuti veluti. ⁊ cor. u. sed vti v̄bum ꝓdu. ꝑmam. vñ versus
Quisqꝫ docet̃ vti debeat v̄tutibus vti
Utilis ab vtor dicit̃ hic ⁊ hec vtilis ⁊ hoc le. ⁊ compat̃.
vtilis lior. lissim⁹. ⁊ a gtõ vtilis addita simus. fit vtilissi/
mus ma. mu̅. i. valde vtilis. Et a datõ vtili. addita tas fit
hec vtilitas tatis
Utinã aduer. optãdi. i. vt fiat opto. ⁊ ꝯponit̃ ab vt l' vti
⁊ nam ⁊ cor. ni
Utiqꝫ quãdo est dictõ composita. tu̅c acuit antepenul.
ſꝫ quãdo sine compositõe accipit̃ vtiqꝫ. tunc accentu̅ ha
bet sup penultimã huãta natura ipius enclesis. ⁊ sic cau
sa differẽtie amittit vim suã cõiunctio encletica in vtiqꝫ
dictõe ꝯposita. ⁊ similit̃ intelligẽdum est de itaqꝫ.
Utor vteris. vsus sum vti. i. vsuꝫ alicui⁹ rei habere. po
tiri. ⁊ inde hic ⁊ hec vsualis ⁊ hoc le. ⁊ vsualit̃ aduerbiu̅.
⁊ hec vsualitas tatis. Utor componit̃. Abutor teris. id
est ꝯtra vel ratõnem vti. Coutor teris. id est simul vti. et
est vtor deponẽta. cum omnib⁹ suis ꝯpositis. ⁊ ꝓdu. u.
Uñ horaci⁹ in epy. Quo mihi fortuna ẽ si nõ cõceditur
vti. vide in furor
Utpote. i. tanq̃z. pnl't cor. ⁊ ꝯponit̃ ab vt ⁊ pote ablatõ
de potis. vel pos potis.
Utputa. i. vbi gratia. sicut aduer. ⁊ videt̃ ibi puta e ẽ sil
labica adiectio. ⁊ sic erit simplicis figure. ⁊ deriuabit̃ ab
vt. ⁊ acuetur ꝑma. q꞉ accentus ꝑncipalis non debet po/
ni sup sillabica adiectõne. Paulus in ꝑma ad corinth.
sedecimo. Nõ corpus quod futuru̅ est seminas. sed nu/
dum granu̅ vtputa tritici.
Utrinqꝫ. in vterqꝫ exponit̃
Utrobiqꝫ. aduer. i. in vtraqꝫ ꝑte. ⁊ acuit̃ penul.
Utru̅libet quasi vtru̅qꝫ ex his placꝫ. ⁊ corri. li. ⁊ est libꝫ
sillabica adiectõ
Utru̅nam interrogatiuum est. ⁊ habet nam sillabice.
⁊ acuit penultimam.

V ante V

Uua vue. quasi humida. ab humeo mes. quia intrin/
secus humore sit plena ⁊ suco ⁊ pinguedine. Et est vua
ipm totuꝫ cu̅ racemis ⁊ acinis. Uua etiam dicit̃ illđ car/
neum qđ est in ore. q꞉ pẽdet ad modu̅ vue. ⁊ sp ẽ hu̅iduꝫ.
Uueo. ab vua d꞉ vueo ues. vui. ere. i. humere l' pingue/
scere. Unde vuesco scis. inchoa.
Uuidus ab vua. d꞉ vuid⁹. da. du̅. i. humid⁹. Sꝫ humi/
dum est quod exterius habꝫ humorẽ. Uuidu̅ qđ interi
us. ⁊ compat̃. Undẽ vuido das. i. vuidum vl' humidum
facere. ⁊ corri. ui. vuidus
Uulcanus a volo las. ꝑ ꝯpositõꝫ d꞉ hic vulcan⁹ ni. id ẽ
ignis vel de⁹ ignis. dict⁹ sic. q̃si volans candor. vel qua
si volicanus. q꞉ ꝑ aerem volet ⁊ canus videt̃. vndẽ vulca
nius nia. niu̅. ⁊ hec vulcanalia lioꝝ. vl' vulcanaliu̅. his l'
ab his vulcanalib⁹. i. festa vulcani.
Uulgaris. A vulgus dicit̃ hic ⁊ hec vulgaris ⁊ hoc re.
⁊ format̃ ab hoc genitõ vulgi. i. mutata in a. longaꝫ ⁊ ad/
dita tas. vñ vulgarit̃ aduer. ⁊ hec vulgaritas. vt iste loq̃
tur vulgarit̃. i. sicut vulg⁹. ⁊ nõ literalit̃.
Uulgo gas. in vulgus exponit̃.
Uulgus. A volo uis. dicit̃ hoc vulgus gi. plebs. passiꝫ
inhabitans multitudo. sic dictu̅. q꞉ quisqꝫ facit qđ vult.
vnde vulgosus sa. sum. i. vulgo abundãs. ⁊ compatur.
Et vt di. ꝑstianus. Uulgus tam mascu. q̃z neu. inuenit̃.
Unde iob. xxiij. Et vulgu̅ pauperẽ spoliauerũt. Tamen
apud modernos vulgus ⁊ pelagus in singulari nume/
ro su̅t neu. ge. in plurali v̄o mascu. ⁊ iste ablatiu⁹ vulgo
sepe ponit̃ aduerbialit̃. i. vbiqꝫ. vel ꝑ vulgu̅ ⁊ non debet
acui in fine. A vulgus dicit̃ vulgo gas. i. vulgo publica
re. ⁊ ꝯponit̃ Diuulgo gas. i. diuersis modis vulgare. ꝑ/
uulgo gas. i. ꝑfecte vulgare. Et est vulgo actiuuꝫ cu̅ suis
ꝯpositis. vidẽ in populus
Uulnero ras. in vulnus exponit̃.
Uulnificus. ca. cu̅. pnl't cor. i. vulnus faciẽs. ex vulnus
⁊ facio componit̃.
Uulnus Ab vro dicit̃ hoc vulnus neris. plaga corpo
ris que ferro vel fuste vel lapide fit. quia vrat. vel dicit̃ a
vi. quia inferat̃ vi. vnde vulnerosus sa. sum. ⁊ compat̃.
Ulcus vero dicit̃ q꞉ ab interioribus ꝑcedit. vidẽ in vlc⁹.
A vulnus dicit̃ vulnero ras. ⁊ componit̃. Conuulnero
ras. Et est actiuum cum omĩbus suis ꝯpositis ⁊ cor. pe
nultimam. Undẽ quidam. Uulnero et clausum porto
sub pectore telum.
Uulnusculu̅ li. dimi. ꝑuum vulnus
Uulpecula le. dimi. ꝑua vulpes. Et vt dicit ꝑstianus.
in tercõ libro. In es ꝓductam desinẽtia feminina tercie
declinatõnis. vl' q̃n te abiecta s. ⁊ addita cula faciunt di/
minutiua. et seruãt e. ꝓductam. vt hec vulpes vulpecu
la. res recula.
Uulpes. Uoluo uis. componit̃ cum pes et dicitur hic
vulpes pis. quasi volupes. est vero volubilis pedibus.
et nu̅q̃z rectis itineribus sed tortis anfractibus currit
vtpote animal fraudulẽtum insidijsqꝫ decipiẽs. Nam
dum nõ habuerit escam fingit mortẽ. sicqꝫ descendẽtes
quasi ad cadauer aues rapit et deuorat. sicut di. ysido.
xij. ethymolo. Hec tenet figuram dolosi dyaboli. q̇ cum
temptat dissimulat ꝙ mala non faciat. sed quasi dglutit
cum secum ad tartara ducit. Naꝫ vt dicit̃ in iob. Abscõ
dita est in terra pedica eius. et decipula eius sup semitã
Igitur demon ob insidias vulpecule est silis. et etiã ple
ni fraude viri sunt vulpis nomĩe digni. Et vt fert̃. Uul/
pes auibus. et maxime gallinis insidiat̃. quas solo visu
et ganitu de arboribus de nocte descẽdere facit. et rapit.
quot q̊t capere potest interficit et deuorat quas vult. re
liquas infodit terre. vt famescens iteꝝ eas comedat. Ca
uet quãtum potest ne eius cubile. sciat̃. ⁊ semꝑ habꝫ plu
ra hostia. et cu̅ fumo eijcit̃. et desinit ablatiuus in es vt ꝑ
bat̃ ꝑ eius diminutiuu̅. vide etiã in vulpecula
Uulpinus na. nu̅. pnl't. ꝓdu. vulpis vel ꝑtinẽs ad vul
pem. et dicitur a vulpes.
Uulsi est ꝑteritu̅ de vello lis.
Uulteius tei. ꝓprium nomen trissillabum est. sicut gai
us dissillabu̅. In vocatõ autẽ vultei. est bissillabuꝫ sicut
gai monosillabum. et est ibi i. consonãs. Undẽ horatius
in ꝑma epy. Durus ait vultei nimis attentusqꝫ vidẽris
De hoc plenius dixi in tercia ꝑte vbi egi de vocatiuo se
cunde declinatõnis.
Uultuosus sa. sum. in vultus exponit̃.

Uultur. Uolo las. componit cum tardꝰ. ⁊ dr̄ hic vultur. ris. Et hic vulturius rij. ⁊ hec vulturis huiꝰ vulturis. p eadem aue. Unde ennius. Uultures in siluis miserum mandebāt homonem. a tardo volatu dicit. quasi tarde volans. ⁊ est auis rapax. Et vt dicit ysidorus. xij. ethim. Uultures sicut ⁊ aq̄le etiā3 vltra maria cadauera senti unt. Altius q̄ppe volantes multa q̄ ex montiu3 obscuri tate celant. ex alto illi conspiciunt. Uultur a volatu tar do nominatꝰ putat. Nam p̄ magnitudine corpis p̄pe tes volatus non habet. Et ambro. in q̄nto hexame. dicit Negant vultures indulgere ꝯcubitui. ⁊ ꝯiugali q̄dam vsu nuptialisq3 copule sorde misceri. atq3 ita sine vllo masculoꝝ ꝯcipe semine. ⁊ sine ꝯiunctōe generare. natos q3 ex his in multam etate3 longeue vite ꝓcedere vt vsq3 ad centum annos vite eoꝝ series pducat. nec facile eos angusti eui finis excipiat. Quid autē q̄ solent nostra ri dere misteria. cum audiunt ꝙ v̇go generauit. ⁊ impossi bilem in nupte. cuius pudorem nulla viri ꝯ̄suetudo te merasset. extimant partum. impossibile putat in dei ma tre. quod in vulturibꝰ impossibile nō negat. Auis sine masculo parit ⁊ nullꝰ refellit. Et q2 desponsata v̇go ma ria pepit pudori eius faciūt q̄stionem.

Uultus. A volo vis. dicit hic vultus tus. tui. q̄a p eum animi volūtas ostenditur. Scd̄m. n. voluntatem animi in varios motus mutat. vnd a facie differt. Nam facies simplicit accipit p vniuscuiusq3 naturali aspectu q̄ non leuiter mutat. vultꝰ enim animoꝝ q̄litates signat qui in varia mutat. ⁊ interdum affectōe animi. mō letꝰ. modo tristis apparet. vnd vultuosi dicunt tristes vl̄ q̄ sepe vul tum mutant. Eccle. xix. Ex visu cognoscit vir. ⁊ ab occur su faciei cognoscit sensatus ⁊c. dicimus. n. vultum celi et maris. quia cōmutant. dicit etiam vultuosus. sa. sum. id est pulcer. formosꝰ. ⁊ etiā ꝯpat. vultuosior sumꝰ

Uulua. A ualua dr̄ hec vulua ue. quasi valua. i. ianua ventris. vel quia semen recipiat. vel ex ea fetus ꝓcedat. Job. Quare de vulua eduxisti me. vulua etiā3 dr̄ sumē suis. Hora. in epysto. Cum sit obesus. nil melius turdo nil vulua pulcrius ampla

Uulunla le. di. pua vulua

Uuula le. dimi. pua vua

V ante X

Uxor. Ab vngo gis. dicit hec vxor quasi vnxor. Anti quitus enim nubētes puelle inungebant crismate. et ve niebant ad limē mariti. ⁊ postea anteq̄3 ingrederent or nabant se laneis vitis. ⁊ oleo vngebant. ⁊ inde dicti sūt vxores quasi vnxores. Ab vxor dicit vxorius ria. rium ad vxorem ptinens. vel vxori deditus. ⁊ voluntati vxo ris ex toto subditꝰ. Et vxoro ras. vxori coniūgere. vide in maritus. ⁊ in matrimonium. Hic nota ꝙ vxor nō habet potestatem in corpꝰ viri nisi salua cōsistentia pso ne ipius ⁊ honestate. vnde si vltra exigat nō est petitio debiti. sed iniusta exactō. ⁊ ꝓpter hoc vir non tenet ei sa tisfacere. Item si aliquis reddit impotēs ad debitu3 red dēdum ex causa in matrimonio ꝯsecuta. puta cum p̄us debitum reddidit ⁊ est modo impotēs ad debitum red dēdum vlterius. mulier nō habet ius plus petendi. ⁊ in petendo magis se meret ricem q̄3 coniugem exhibet.

Potest etiam queri. an viro lepso teneatur vxor de bitum reddere. Ad hoc dico lepra soluit sponsalia. sed non matrimoniū. Unde ⁊ vxor viro leproso tenet red dere debitum. nec tamē tenet ei cohabitare. quia nō ita cito inficitur ex coitu sicut ex frequēti cohabitatōne. ⁊ q3 uis ples generet infirma. tamē melius est ei sic esse q̄3 pe nitus non esse. Item querit maister sententiaꝝ in q̄rto li. distinctōne. xxxvij. Si quis relicta in patria sua vxore. in lōginquam abiens regionem aliam ducat. de inde penitētia ductus eam dimittere velit. asserēs se ali a3 habuisse que viuat. nec ecclesia pmittat que quod il le asserit ignorat. an in secunda copula sit coniugiu3. Et respondet maister ꝙ sic. sane dici potest nō esse cōiugiū ⁊ mulierem de crimie excusari p ignorantiā virum aūt adulteriū admisisse. sed ex quo ad p̄mam redire volens nec valens. quia ecclesie cogit disciplina hāc tenere. In cipit p obedientiam ⁊ timorem excusari. de hoc ꝙ poscē ti mulieri debitum reddit a qua ip̄e nunq̄3 poscere d̄bet ⁊ sic de omnibꝰ alijs huius sentiēdum est. Alij dicūt cū quibus ego ꝙ potius excommunicatꝰ debet quis mori q̄3 coniūgat illi que non est sua vxor. Hoc enim est con tra v̇itatem vite. que non est ꝓpter scandalum dimittē da. ⁊ hoc communit tenet. Modo consueuit queri. si vnus cōiugum morit. ⁊ postea miraculose suscitetur. an sit matrimonium reintegrandum. ad hoc dico ꝙ scd̄m augustinum. Nuptie sunt hominū mortaliū. Et ido vi culum matrimoniale cum hac vita finit. hoc est qd̄ dici tur ad romanos. vij. de muliere. Si mortuus est vir eiꝰ soluta est a lege viri. ⁊ ideo si resuscitet nō posset vxore3 suam repetere. sed posset iterato cum ea contrahere nisi illa alteri nupsisset. tunc enim non esset matrimoniū cō tractum separandum. Nec obstat quod di. apostolus ad hebreos. xj. capitulo. acceperūt mulieres de resurrectōe mortuos suos. quia id intelligitur de filijs. ⁊ non de ma ritis. Uel potest dici ꝙ intelligat de vxoribꝰ. tūc accepe runt volūtarie maritos contrahēdo de nouo cū eis. q̄re autē vxor siue mulier facta sit de costa viri dixi in mlier Item scias ꝙ sicut dicit ꝓuerbioꝝ. xix. capitulo. Domꝰ ⁊ diuitie dantur a parentibus. a domino autem ꝓprie vxor prudens.

Litera usq3 ad

x

tempꝰ augusti non erat ī vsu apud latinos. ⁊ digne hoc tē pore assumpta est. quo cristi nomen innotuit. quia in figu ra christi scribitur. Et vt dicit Papias x. in grecis p ch. scri bitur. Unde aliquādo q̄da3 dictōnes grece apud latinos scribunt p ch. aliquādo in ueniunt scripte p x. vt chrisis. christus. p xristus. xrisis. Et sic supra in tercia litera scripsi multas dictōes grecas que possent etiam scribi p x. Et scias ꝙ nomia desinētia in x. faciunt gt̄m in cis. vel in gis. vt nux cis. lex gis. ver tunt autem x. in cis. vel in gis. Excipiunt autē quattuor Uñ v̇sus. Omis rectꝰ in x. in cis. vl̄ gis. gt̄m. Termiat. absq3 senex nix et nox atq3 suppellex. Uide in p̄ma parte vbi agitur de x.

Xandicus macedonū lingua. aprilis mēsis ⁊ cor. pnlt. siue hanc sillabam di

X ante E

Xenniū nij. exponit in exenniū

Xenodociū. a xenos. i. pegrinum dicit xenodociū. locꝰ in quo paupes ⁊ pegrini suscipiunt ⁊ conuersant. vt ho spitale vel ip̄a collectō ⁊ susceptio paupeꝝ ⁊ pegrinoru3 Uñ hoc xenodociolū li. di. ⁊ hic xenodociarꝰ rij. et hec xenodociaria. i. xenodocij custos.

Xenofontes. nomē cuiusdam histriographi

Xenos. i. pegrinum. vel sensus ⁊ accentuat in fine

Xenotrophita te. pnlt pdu. in xenotrophiū vide.

Xenotrophiū. Trophos. quod est cōuersio componit cū xenos quod est pegrinum. ⁊ dicit hoc xenotrophiu3 phij. locus venerabilis sc3 hospitale vbi paupes ⁊ pegri ni conuersant. Et inde hic ⁊ hec xenotrophita te. q̄ vel q̄ custodit xenotrophium

Xerofagia. in xerofagus exponitur

Xerofagus. Xeros vel xeron quod est siccum. cōpoi tur cum fagin quod est comedere. ⁊ dicit xerofagus ga gum. pnlt corr. i. sicca comedēs. Unde hec xerofagya gie penultima acuta. i. cibus siccus. sicca comestio. vel absti nentia ciboꝝ humentiū. Unde ⁊ quoddā genꝰ ieiunioꝝ sic dicit. q2 q̄busdam siccis escis homies tūc vtant

Xerolybia. Xeros. i. siccū ꝯponit cū lybia. ⁊ dicitur hec xerolybia. vel xerolybies lybiei. id est sicca lybia. quedā regio africe est.

Xerolophus. Xeros cōponit cum lophos. quod ē cer uus. ⁊ dr̄ hic xerolophꝰ phi. penul. corr. id est siccꝰ cerꝰ. sicut eneus. vel ligneus.

Xeromirū. A xeros ⁊ mirō qd̄ est vnguentū compoi tur hoc xeromirū. i. siccū vnguentū. q̄si manibꝰ ꝯfectū.

Xeron vel Xeros. i. siccū. ⁊ acuit in fine. Uñ in grecis. dicit. Dic xeron siccū ꝓbat illud xerofagya

Xeropelline. Xeros componit cum pellis. ⁊ dicit hec xeropellina ne. i. pellis siue vestis vetus sicca. ⁊ precisa. detrita. Et dicit hec xeropellinus. na. num. i. vetꝰ. siccus detritus. vilis. vt xeropellinas vestes donauit illi. q̄da3 dicunt xeropellonia.

Xerostate grece. disciplina latine.

Xerxes. rex psarum fuit.

X ante V

Xylobalsamum. Xilon quod est lignū componit cum balsamum. ⁊ dicit hoc xylobalsamū mi. lignu3 vl̄ cortex balsami. vel liquor emanās de ligno eius trito. Na3 ar bor balsamus. lignum eius xyrobalsamū dicit. fructus siue semen carpobalsamum. sucꝰ opobalsamū. Qd̄ ido cum adiectōne significat. eo ꝙ pcussus ferreis vngulis cortex ligni p cauernas eximij odoris guttas distillat. ca uerna enim greco sermone ope dicit. vnd balsama si pu ra fuerint tātam habent vim. vt si sol excanduerit. susti neri non possunt in manu.

Xylocasia. xylon componit cū casya. ⁊ dicit xylocasia sie. id est lignu3 casie. ⁊ deb3 scribi p vnū s. sicut casia sie.

Xylofagus. Xilon ꝯponit cum fagin qd̄ est comedere ⁊ dicit xylofagus ga. gū. pnlt. cor. i. lignū comedēs. Unde hic xylofagus gi. v̇mis ligneus

Xylon grece. latine dicit lignum

Xyrobalsamū. in carpobalsamū dicit

Xyrofagus. Fagin quod est comedere ꝯponit cu3 xy ros quod est fructꝰ. ⁊ dr̄ hic xyrofagꝰ gi. pnlt. corr. ⁊ hec xyrofaga ge. ⁊ mobilit xyrofagꝰ ga. gū. q̄ vel q̄ vel quod fructus tantum comedit

Xyromirrum. Amarus vel amara componit cum xy ros qd̄ est fructꝰ. ⁊ dr̄ xyromirrū ri. fructus mirre. l aro ma seu mixtura mirre ⁊ aloes. vnde mortuorū corpora ꝯdiant ne putrescant.

Xyros. id est fructus

X ante R

Xp̄c. q2 grecum est p x. scribendū est xp̄c. ita ⁊ xrisma. s3 quia hec figura x. rep̄senta t ch Ideo multi latini scribūt christus p ch. vide de hoc in tercia lrā in suo loco. Hic nota ꝙ fere quodlibet nomen dei scribit p tres lrās. ad designandum misterium trinitatis. Xp̄c ergo cū sit no men dei scribit tribus literis ꝓpter p̄dictam causam. et grecis. quia grecum nomē est. Hec v̇o scriptura xp̄c gre ca est. ⁊ grece sunt figure. X. v̇o rep̄sentat apud grecos ch. aspiratū. ⁊ vocat chi. Hec figura p. rep̄sentat apd̄ gre cos r. et dicit apud eos ros. Hec vero figura c. rep̄sentat apud eos s. ⁊ vocat syma. Iste ergo figure rep̄sentāt in hoc nomie christus illa elementa que apud grecos hn̄t rep̄sentare ch. r. s. ⁊ nō habent rep̄sentare apd̄ nos. Di cendum est ergo ꝓprie loquēdo chi. ros. syma. hec vero sunt nomia illoꝝ elementorū apud grecos. Sed siquis abhorrescit nomia greca. abhorreat p̄dictam scripturā. ⁊ scribat illud nomen latinis figuris sic christus. Uel vt satisfaciamus ignorātibus linguam grecam. scribat xp̄c grecis literis. sed in literādo ꝓferat latina nomia illorū elementoru3 que rep̄sentant ibi ille figure. ⁊ dicat xp̄ico la. xp̄c ch. r. s. titellꝰ xp̄c. Uel sicut dr̄ ꝯmunit scribat cri stꝰ

Xp̄ianismus mi. in ch. lrā exponit.

Xp̄icola le. in ch. exponit in tercia lrā. Et cor. penultia3 sillabam scilicet co

Vocalis est. et

y

ido potest terminare sillabā ⁊ incipe quacunq3 ꝯsonante sequente vel p̄cedente. sicut omnes vocales faciunt ⁊ scri bitur tantum grecis dictōni bus vel barbaris apd̄ latīos sed non vbiq3. Unde sicut ple nius dixi in p̄ncipio none lrē videlicet in i. In multis di ctōnibus grecis vel barbaris an debeant scribi p i. vl̄ p y. apud nos dubium est. cum nescimus illas linguas p fecte. quia apud grecos ⁊ barbaros in quibusdam locis scribunt p i. ⁊ in alijs p y. ⁊ ideo supius in nona lrā tra ctaui mixtim de dictōnibus que incipiunt ab i. ⁊ de illis que incipiunt ab y. Sunt tamen quedam dictōnes gre ce vel barbare que cōmuniter scribunt apud nos per y De quibus etiam determinaui supra in nona lrā. ⁊ sūt iste infra scripte.

Yas	Ydropicus	Yperion
Yaspis	Ydropis	Yperlidius
Yconia	Ylas	Ypersintbelicon

Yconomus
Ydalium
Ydea
Ydida
Ydin
Ydioma
Ydiopate
Ydios
Ydolatria
Ydolancum.
Ydor
Ydos.
Ydria.
Ypostalis.
Ypotbamus
Ypotbeca
Ypotheas
Yperfan⁹
Yposensis.
Yris.
Ypboletus
Ydromantia.
Ydromāticus.
Yschiros
Ysterōpthērō.
Yle
Yliacus
Yliadef
Ylion
Ylius
Ylus
Ylio
Ynomellum
Yos
Ypalage.
Ypapanti.
Ypaten
Ypaticus.
Yper
Ydria.
Ydrus
Ydro
Ydrosaba.
Yrismos.
Yronia
Ypcataletic⁹.
Ypdulia.
Ydromelluz.
Ysterologia.
Yrion.
Yperfophia
Yperphen
Ypocentaruf
Ypocrita
Ypodiacon⁹
Ypodromus
Yposoza.
Ypogab⁹
Ypogeuz
Ypolidius.
Ypomanes.
Ypopirgiuz
Ypos.
Yperapistef
Yperbatō
Yperbole
Ypboreus.
Ypbolic⁹
Ydromalum
Ysaac
Ysachar.
Ysagoga.
Yspanus
Ysopus.
Yrionides

Abulon fuit filius lye. Et interp̄tat̄ fluxꝰ sanguinis. filiuſ noctis. odor ſua uitatiſ. habitaculū pulcrudinis. vel fortis. Fertuz enim hunc filiū genuerat lya. Ideo iam ſecura dixit. Habitabit mecum vir meus. Unde et filius dictus eſt habitaculuz.

Abulus .i. ꝓtrarius. vel tranſgreſſor. Ipe vo eſt dyabolus. Unō zabulinus na. nū. ꝛ p ꝓpoſitōz. zabuligena ne. i. de zabulo genitus. ꝛ cor. bu. ꝛ ge.

Acharias interp̄tat̄ memoria domi. ſiue auxilium. Septua geſimo vo anno deſolatōnis templi completo zacharia p̄dicante memorat⁹ eſt dominꝰ ꝑ ſui. ꝛ iuſſo darij. reuerſus eſt dei ꝑſus. ꝛ reedificata eſt vrbs et

Achaeus interp̄tat̄ iuſtus vel iuſtificat⁹. ꝛ tēplus eſt ſyrū nomen nō hebreū

Calata. i. grando. vnde zalatā gemmā dicim⁹. que inſtar grandinis magna eſt.

Cambri interp̄tat̄ lacteſcens vel amaricans. Ꝓpriepo nomē ab amaritudine eſt illi figuratū. quia peccādo amaricauerit ꝑſus.

Cama genus monſtri. ꝛ zama eriaz qñqz ꝑ fraude diuinat. ꝛ ꝑ qualibet deceptōne.

Cair. id eſt a ꝓlis menſis

Ceb. lupus interp̄tatur. Unde zebe boſtia lupi quaz lupus ſuffocauit.

Cebe. in zeb exponit.

Cebedeus. interp̄tat̄ donatus ſiue fluens. hic fuit pater ſanctoꝝ iacobi. ꝛ iobannis euangeliſte apoſtoloruz ſicut dixi in iacobus

Cebub interp̄tat̄ muſca. vnō belzebub vir muſcaꝝ ō.

Celo las. in zelus exponit.

Celoſus ſa. ſum. ꝛ zelotes tis. a zelus dicit̄. i. emulator. quo nomie dict⁹ eſt ſymon apoſtolus. q̄ ꝛ chananeꝰ dictus eſt. a vico galilee chana. vbi aquas dñs conuertit vinum. Chana vo zelus interp̄tat̄. ꝛ inde chananeus. i. zelotes. de boc dictum eſt in ſymon. Et ſcias q̄ zelus aliquādo dicit̄ amor viri in vxorem ꝑ quo nō pōt ſuſtinere vt alij miſceat̄. Unō vir dicit̄ zelotes. ꝛ ſm boc domi⁹ nus dicit zelotes. q̄ nō ꝑmittit aīaz ſibi deſponſataz fornicari poſt deos alienos. ꝛ pdu. lo

Celotes tis. in zeloſuſ exponit

Celotypia pye. in zelotypus eſt

Celotypus. Zelꝰ componit̄ cum typus quod eſt figura. ꝛ dicit̄ zelotypus pa. pum. i. zelo plenus. ſ. inuidioſuſ vel ſuſpicoſus. Et accipit̄ tam in actiua q̄z in paſſiua ſignificatōe. Dicit̄ vero zelotypus. de cuius fortuna inuidetur ſibi vel alij. Et habet̄ ſuſpicoſus ꝛ zelotypus qui de fortuna alterius inuidet ei vel alij. ꝛ eſt ſuſpicioſus. vnde ille homo dicit̄ zelotypus. q̄ ſuſpitōnem habet de vxore ſua. ſ. qui cum cruciatumentis ſue caſtitatem ſeruat vxoris. ꝛ ille tunc dicit̄ zelotypus. Similit̄ ꝛ vxor dicitur zelotypa. que ſuſpitōnem habet de viro. Eccle. xxv Dolor cordis ꝛ lucrus mulier zelotypa. Unde bec zelotypya pye. inuidia. ſuſpicio cōtra vxorem. De qua agit̄ in li. nume. Dicit̄ etiam q̄ñqz zelotypia. mechia. Et zelotypus mechus. ꝛ cor. ti. Et a zelotypuſ deriuat̄ zelotypo paſ. i. inuidere vel ſuſpitōem habere. Et poteſt poni mā ſitiue. vt iſte zelotypat vxorem ſuam. id eſt habet ſuſpitionem de ea

Celus. li. maſcu. ge. i. inuidia vel amor. vel feruor. ſiue bonus ſiue malꝰ. Sicut ergo zelus accipi poteſt i bono cum q̄s nitit̄ ea que bona ſunt imitari. ſic ꝛ in malo cuz quis dolet alium ſe eſſe melioꝛē. Dicit̄ etiā zelus inuidia amor emulatō. ſuſpicō. ſiue in bono ſiue in malo. Unde zelo las. verbum actuū. Unde ꝑs. Zelaui ſup iniquos pacem peccatoꝝ videns. ꝛ zeloꝛ laris vbum deponens in eodez ſenſu. i. amare vel inuidere. vel emulari. ſiue ſequi ꝑ inuidiam ſiue ꝑ amoꝛem. Unde in ōrto. reg. dixit belyas. Zelo zelatus ſum. Qualis aūt debeat eſſe zelus noſter oſtendit beatus bernbardus in. xx. ſmone in cāt. di. Zelum tuū unquit in flamet caritas. informet ſciēta. firmet cōſtantia. Sit feruidus. ſit circūſpectus. ſit iuſtꝰ Et in. xxxj. ſmone di. Uirtus ſiq̄dem diſcretōnis abſq̄z caritatis feruoꝛe iacet. ꝛ feruoꝛ vehemēs abſq̄z diſcretōnis tempamento p̄cipitat. Ideoq̄z laudabiliſ cui neutz deeſt. q̄tinus ꝛ feruoꝛ diſcretōnem erigat. ꝛ diſcretio feruoꝛem regat. Hec bernbardus.

Cephirus grece. latine flozens. q̄ flozes ꝛ germia etꝰ flatu, viuificēt. quidam ventus eſt. ꝛ cor. penulti. Hic alio nomie dicit̄ fauonius.

Ceta te. ſe. ge. i. camera cōclauis. ſeceſſꝰ. Unde in paſſione beati bome apoſtoli inuenit̄. Zetas biemales ꝛ etas eſtiuales. Zz zeta neu. ge. indeclina. nomē eſt cōdaz lrē ſm bug. Ipaꝑ. vero di. Zete biemaleſ. i. domꝰ biemales quas calidas facit ſubducta flama. Zete eſtiuales. quas frigidas facit ſubducta aqua. zete domꝰ q̄ ſubtus pedes babent aquas

Zeuma matis. q̄dam figura eſt de q̄ dixi in quarta pte vbi egi de allotheca ſm p̄ſtianū in ca. de zeumate

Zezabel. interp̄tat̄ fluxus ſanguinē ſed melius vbi eſt ſterq̄lunium. Ꝓcipitata nanq̄z de⁹ eſum comederūt canes carnes ſuas ſicut p̄dixerat belyas. Et acuitur in fine

Z ante I

Zymus grece. latine dicit̄ fermētum. vnde azima ſm bug. Ipaꝑ. vo di. zyma fermētum. vnō azyma

Zinzala. pua muſca. ſ. culex. Unō boc zinzalarium rij. canopeū ad eas arcēdas.

Zinzber beris. q̄dam ſpēs aromatis. ge. neu. Et vt dicit auicenna in ſcdo ca. Zinzibet calidū in fine tercij gd⁹ ꝛ ſiccum in ſcdo gradu. ꝛ nutritum calidū eſt ꝛ ſiccum. Eius caliditas eſt fortis. ſed nō caſefacit niſi poſt temp⁹ ꝑpter illud quod in ipo eſt de bumiditate ſuperflua. Sz ei⁹ caleſactō eſt fortis. eſt lentiuū reſolutiuū inflatōis. Cuz ergo mitrit in mel. accipit quodā bumiditatis ei⁹ ſuperfluum. ꝛ riccat plurimū ei⁹. memoriā. ꝑ ſeruat abſtergit tenebꝛoſitatē oculi. ꝑpter bumiditatez ſuam facto ex eo alcoſol. id eſt collirio. ꝛ bibuū ꝛ coꝛ. pnſit tam ntī q̄z gtī.

Zios vel zius di. q̄dam menſis. ſ. maius

Zizania. Hoc zizaniū nij. ꝛ bec zizania nie. ſeges vl̄ berba puerſa. Sz lolii. vt dicunt. ꝛ quandoq̄z ponit̄ ꝑ ſorde omniū ſegetum.

Z ante D

Zodiacus ci. grece. latine animalia vl̄ ſigna ſignificat. Unde hic zodiacus ci. pnſit coꝛ. animalis circulus. vel ſignifer. quia in eo ſunt duodecim ſigna nomibus aiaz lium nuncupata. quia ſol intrās illa ſigna ꝓprietas animalium ſonit. Vel q̄ ſtelle ſignoꝝ in figuris animaliuz diſpoſite ſunt. Unde zodiaceus cea. ceū. Ista autē ſunt nomia duodecim ſignoꝝ zodiaci. Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpio. Sagittari⁹. Capacornus. Aquarius. Pilces. Et dicitur ſol intrare arietem q̄ndecimo kalendas aꝑlis. Uerſus. Zodiacuz ſigna totū claudunt duodena.

Zona zone. eſt cingulū ꝛ ꝓprie latū. vnde ꝛ zona dicit lata poꝛō terre calida vel frigida vel tempata ex ꝑpinquitate vel remotōne. vel media ꝓximitate ſolis. vnde zonarius ria. rium. ad zonas ptinens. vel zonas facies. et producit. zo. Esopus. Arboꝛeum ſonat ſtipulis ꝛ vimine truncat.

Zonella le. dimi. pua zona.

Zonifragium gij. id eſt fractō zone. ꝛ cōponit̄ a zona ꝛ frango vel fractio.

Zonula le. dimi. pua zona

Zoꝛobabel. apud hebreos ex tribus integris nominibus dicit̄ eſſe compoſitū. zo iſte. ro maiſter. babel ꝓprie babyloniam ſonat. Et efficit̄ nomen zoꝛobabel id eſt iſte maiſter de babulone. In babulone enim oꝛtꝰ eſt. vbi ꝓnceps gentis iudee exiuit. ꝛ acuit vltimā.

Zoncus zorica zoricum id eſt vitalis. ꝛ coꝛripit penultimam.

Zozimus zozima zozimum id eſt viuax vel viuidus.

Conclusio libri

Mensas omnipotenti deo patri ꝛ filio ꝛ ſpiritui ſancto gratiarum referim⁹ actiones. q̄ noſtrum catholicon ex multis ꝛ diuerſis doctoꝝ texturis elaboratū atqz ꝓtextum. licet ꝑ multa annoꝝ curricula in milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſexto anno domi nonis martij ad finez vſqz ꝑduxit. Ideo quo boc ſolum mibi ad modū neceſſariuz a vobis bumiliter deꝑpoſco fratres ꝛ domini mei. in quantum peccatoꝛes fratres mei. in quātum iuſti domi mei. q̄tenus ꝑ me peccatoꝛe ꝓbilocalo tamē ad deum p̄ces porrigere velitis. ꝛ veſtrarū p̄cum interuentu omnuz meoꝝ a deo peꝛdonꝑpta peccatoꝝ venia. ad terrā apoſtolicā ad terrā elyſiaz. id eſt extra leſionem poſitam. ad padiſi videlicz gaudia vna vobiſcum valeam ꝑuenire. vbi regnat eramuſſim dominꝰ noſter ieſus xp̄c dei filius benedict⁹. in cuius nomīe flectit̄ omne genu celeſtium terreſtriū ꝛ infernorum cui eſt bonoꝝ ꝛ gloria. ꝛ magnitudo ꝛ magnificēta virtus ꝛ poteſtas. regnum ꝛ imperium in ſecula ſeculorum. Amen

anno. 1286.